1 ¶ In crimine leſe maieſtatis per denunciationem factā a quocunque poteſt procedi, ⁊ eſt ius nouum. Denunciator de quo hic, habet vim cuiuſdam mandatoris, ⁊ deſiſtendo incidit in Turpillianum.

2 Iudice inquirēte ex officio, vel per denunciationem in hoc crimine ſi ſuperueniat accuſator, non receditur ab inquiſitione.

3 Statutum inducens quod generaliter iudex poſſit inquirere quid operetur.

4 Iudex ad priuatam inquiſitionem procedit circa eos qui agere non poſſunt de iure in querela patris de filio, domini de liberto, humilis de potente.

5 Denunciatio Euangelica dicitur priuata, ⁊ habet locum in foro eccleſiaſtico.

6 Forma denunciationis Euangelice que ſit.

7 Euangelica in denunciatione libellus porrigitur, lis conteſtatur ⁊ ſententia in ſcriptis fertur.

8 Exceptio criminis non admittitur contra denunciantem, nec infamie, ſed excommunicationis ſic.

9 Exceptiones que poſſunt opponi contra denunciationem, et numero 2.

Denunciatio Euangelica pro quibus cauſis fieri poſſit, ⁊ quomodo pro obligatione naturali.

10 Falcidiam ⁊ Trebellianicam retinens, an peccet mortaliter, et contra retinentem intentetur denunciatio. Euangelica.

11 Denunciatio Euangelica datur pro obligatione preſcripta.

12 Denunciatio non datur contra filiumfam. tutum exceptione Macedoniani.

13 Mulier tuta Velleiano non cōuenitur hac denunciatione nec pupillus. Item non datur vbi cōtra obligationem ciuilem, vel naturalem datur reſtitutio. ⁊ 14.

15 Denunciatio vel nō dat contra tutum exceptione rei iudicate. Exceptio rei iudicate inducta eſt ad conſeruandum iuris rigorem magis quam ex equitate. Item non datur contra tutum exceptione iuriſiurandi. ⁊ 16.

17 Probanda in hac denunciatione.

18 Aſſertioni denunciati, aſſerentis ſe non tenere contra conſcientiam quomodo, ⁊ quando credatur ſi allegat aliquam cauſam.

19 Heres in eo quod defunctus retinebat contra conſcientiā qualiter peccat.

20 Sententia in hac denunciatione qualiter feratur.

**Denunciationem.** De iure antiquo non admittit denunciatio, niſi p officialē, l. diuus de cuſto. reo. ⁊ C. de accu. l. ea quidem. ff. de offic. prefect. vrb. l. j. §. ⁊ ſane. De iure aūt Canonico admittitur denunciatio precedente charitatiua monitione: vt extra de
a [a] iud. c. nouit. ⁊ extra de ſimo. c. licet Heli. † Hec ergo lex intro-
1 ducit nouum in hoc crimine, quia per denunciationem factam a quocunque poſſet procedi. Item ſcias quod de materia iſta plene dixi in d. l. diuus de iſto denunciatione priuato, ⁊ dico qđ habet vim cuiuſdam mandatoris, ſeu inſtigatoris. ideo deſiſtendo incidit in Turpillianum: vt ff. ad Turpil. l. j. §. incidit. ⁊ l. ab accuſatore. §. denunciatores. eod. titu. ⁊ ſi deſiſtat denunciator impune iudex ex illa cauſa dimittit proceſſum, ſicut delator mādatore ſubtracto: vt ff. de iure fiſc. l. res que. §. fin. quod eſt verū ſi in producendo fuit nominatus denunciator: alias ſecus de iure fiſ. l. de eo. ergo hic poteſt procedi ad denunciationē alterius,
b denunciante non nominato: d. l. de eo. quia ex mero officio [b] iu-
2 dicis proceditur. † Item cum in caſu illius legis iſti tres modi procedendi ſunt eque auxilia ordinaria, puto quod ſi precedēte inquiſitione ex officio, vel per denunciationem ſuperueniat accuſator non debet recedi ab inquiſitione, cum ceſſet [h] ratio, quā
3 ponit Dyn. in regul. actus legitimi. de regu. iur. lib. vj. † Et qđ, ſi ex forma ſtatuti induceretur quod iudex generaliter poſſit inquirere de crimine: De hoc dixi in l. ſi maritus. §. fi. ff. de adul.
4 ⁊ hoc de denunciatione, que fit ad vindictam publicam. † Ad priuatam vero denunciationem quandoqꝫ iudex procedit vt in his qui agere nō poſſunt de iure: vt cum ſerui a dominis opprimuntur, ff de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. ij. ⁊ de offi. prefec. vrb.
* l. j. §. quid autem. Itē ad denūciationē* pr̄is, vel parentis conquerentis de filio, vel de liberto: vt d. l. j. §. cū patronus, ⁊ de offic. pconſ. l. nec quicquā. §. de plano. Item quando homines humiles opprimunt a potētibus, vel eis aliqđ auferꝫ, vel ab eis pmiſſio, vel cautio exigitur: vt ff. de offic. preſid. l. illicitas. in pnc. ⁊ quaſi per totam l. ⁊ hoc ſentit Specu. in tit. de denunciatione. §. quis denunciare poſſit. ver. priuata vero iudicialis. Io. Andr. in c. nouit. extra de iud. vbi dicte leges ſic intelligunt, quod eſt no. qꝛ ad boni iudicis officium pertinet facta ei querela, de predictis ex officio eius procedere, cū tales per ſe ipſos agere non poſſunt, vel non audēt, quod placet, qꝛ interpretatio adiuuāda

5 eſt, qꝛ Reip. vtilitatē cōtinet. Eſt ⁊ alia † [c] denunciatio priuata,
c que locum habet ſolum in foro eccleſiaſtico inducta per legem
* Euangelicam: vt d. c. nouit. de iudi. que quotidiana eſt, ⁊ per eā multa q̄ ſunt iuris ciuilis remedio deſtituta reparari poſſunt, ideo eam proſequor declarando quedā ab authoribus iuris Canonici non tacta. In hac enim requiritur qđ primo moneat aduerſarium ſuum qui peccat in eum, inter ſe ⁊ ipſum ſolum dicen-
d do quod cum in eo peccet retinendo rem ad eum pertinentem [d] vel non ſoluendo ei tantam quantitatem ſibi debitam qđ exeat de peccato quod ſi non facit, iterum dicat eidem adhibito vno teſte vel duobus, qđ ſi nō facit tūc dicat eccleſie, ⁊ ſic ad forū eccleſiaſticū recurrat petens qđ cum talis in eum peccet ⁊ de ta-
6 li cauſa requiſitus, ⁊ monitus fuit prima † monitione, ⁊ ſecunda, ſecundū doctrinā, ⁊ regulā Euangelicā, ⁊ emendare neglexerit, ⁊ exire de peccato in periculum anime ſue, ⁊ etiam contra conſcientiam ſuam imploret eius officium, vt eum ad penitentiam
7 cogat: d. c. nouit. Super † hac denūciatione offertur libellus, lis conteſtatur, ⁊ ſententia in ſcriptis fertur, ſecundum Hoſtien. et Ioan. Andr. in d. c. nouit licet in dicta decretali dicatur, quod procedatur de plano. quod quid importet j. dicā. Et contra p-
8 ſonas ſic denunciantes † non pōt opponi quod ſint infames. ſi tn̄ ſint corrupti de crimine poteſt ſecundum Innocen. et omnes. Poteſt autem opponi quod eſt criminoſus, ſeu in peccato
e mortali [e] qualiter enim mouetur bono zelo ad correctionem alterius, qui non eſt correctus ſecundum Bernar. ⁊ Innocen. Sed Ioann. Andre. dicit quod in hoc genere denunciationis vbi proſequitur quis proprium intereſſe, admittitur etiam criminoſus, ⁊ alias, niſi ei obſtet excommunicatio vel expoliatio, vel depredatio, vt in capit. cū dilectus. ⁊ capit. fin. extra de ord. cog. vel alia preiudicialis exceptio. quod dic, vt in capit. nouit.
9 ſuper vltima gloſſ. per eūm. † Contra ipſam denunciationem opponitur quod poteſt etiam habere ſuper eo regreſſus ad iudicem ſecularem. Nam non debet iudex eccleſiaſticus eam indiſtincte admittere: quia non niſi in defectum iuſtitie, vel ſi crimē de ſui natura ſit eccleſiaſticum, vel ratione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen eſt notorium vel quando non auditur in iudicio ſeculari, vel quia eſt obligatio naturalis tantum, vel quando hanc proponit miſerabilis perſona ⁊ depreſſa, vt in dicto capitulo, nouit. de iudic ⁊ de pac. ca. qualiter. ⁊ lxxvij. diſtinc. per totum. ⁊ de foro competen. capitu. licet. Vide de hoc not. p Ber. in capitu. ex tenore. per totum. alias ſi indefinite admittitur, periret temporalis gladij iuriſdictio, ⁊ omnis cauſa per hanc viam defertur ad eccleſiam. Ita dicit Bernar. de relig do. capitu. religionum. libro ſexto. ⁊ ita tenet Ioannes Andreas dicto capitulo nouit. ⁊ hoc quod hic dixi de obligatione naturali, tenuit Innocent. in dicto capitulo, nouit. Sed cum illud
10 † quod deducitur pro Falcidia, vel Trebellianica ſit naturale debitum, vt not. C. de iur. ⁊ fac. igno. l. cum quis. ⁊ ff. de conditio. ⁊ demonſtratio. l. prima. ⁊ de regulis iuris. l. cuius per errorem. ergo ille, qui retinet, peccat mortaliter, ⁊ contra eum poſſet procedi per formam huius denunciationis. Sed hoc videtur cōtra capit. Raynutias. ⁊ capit. Raynaldus. extra de teſtamentis. vbi Papa pronunciauit has quartas poſſe retineri. Sed dico quod ea, que ſunt dicta ſunt, de obligatione naturali, intelligi poſſūt de ea naturali, qua quis tenetur eo ipſo quod quis locupletatur cum aliena iactura quia quod alienum eſt peruenit ad eum, l. nam hoc natura. de condic. indebit. vel de cauſa naturali
f que habet originem ex conſenſu, vt ex pacto nudo [f], vel in reiurādo interpoſito ab alio, quā a liberto, l. vt iuriſiurandi. in princi. de oper. liber. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. in princi. Idem puto de eo, qui promittit ei, qui ſtipulatur alteri, vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verborum obligationibus. ⁊ quod ibi not. ſecus de cauſa naturali, que a conſenſu non habet originem, vt in eo qui ex maleficio obligatur ad penam, l. non ſolum. §. primo. ff. de iniur. in propoſito heres dicitur teneri naturaliter, hoc eſt habito reſpectu ad principia iuris gentium, quod iure dicte quarte deductio non erat inuenta, non autem ex conſenſu, quia teſtator nunquam conſenſit quod ipſe obligaretur nec etiam heres adeūdo hereditatem, quia habuit, vel habuiſſe preſumitur animum quod noluit vti beneficio legis. Item nil habet de alieno, quia legatarij ⁊ fideicommiſſarij certant de lucro, non autem petit quod ſuum eſt, vel fuit. Vel dic, quod naturalis obligatio non ſubeſt in eo quod per Falcidiam venit deducendum ſecundum Petrum, vt refert Cynus in dicta l. cum quis. de iur. ⁊ fac. igno. quod non placet, vt plene dixi in l. prima. ff de condictione inde
11 bitri † Sed quid in obligatione que tollitur preſcriptione? Re-
g ſponde tunc actor audiretur a iudice eccleſiaſtico [g] per modum huius denunciationis, quia ei denegaretur audientia in foro ſeculari. Sed tu dices. preſcriptione tollitur naturalis, ⁊ omnis alius effectus, l. fina, in princip. ⁊ ibi per Dy. ff. rem ratā haberi.

⁊ per Cyn.in d.l.cum quis. Reſpon. tollitur oīs effectus eius
ciuilis,non autem poteſt tollere naturalem obligationem quam
retinendo incidit in peccatum mortale, ſed eo caſu, quo preſcri⸗
ptio tolleret naturalem ſecundum ea que dixi in d.l.fin. in pnc.
rem rat.hab.tunc ceſſaret hec denunciatio. Quid de filiofa.tuto.
12 exceptione Macedoniani, † an poſſit conueniri hac denuncia⸗
tione,cum naturaliter,⁊ ciuiliter teneatur,licet obſtet exceptio?
Puto,quod non: qꝛ hec exceptio deſcēdit ex delicto creditoris
circa illud commiſſo:vt ff.ad Maced.l.j. vnde poteſt opponi e⸗
tiam denuncianti:vt ſ.dictum eſt per Joā Andr.dum dicit,vel
alia preiudicialis exceptio. Jdē puto in qualibet alia exceptio⸗
ne,propter odium,vel delictum creditoris, competente, vt do⸗
li,vel ſimili.Facit de condict.indeb.l.qui exceptionem.ſed ſi cre⸗
ditor non deliquiſſet,tunc ei hac denunciatione ſubueniretur:
13 vt ff.ad Maced.l.ſi quis patrem.† Quid de muliere tuta Vel⸗
leiano? Dico eam non poſſe conueniri hac denunciatione: cum
etiam ſoluens repetat ſecundum Canones:extra, de ſolu.c.fin.et
ibi not.licet enim teneatur naturaliter,tamen datur ei exceptio,
equitate quidem naturali propter ſuam imbecillitatem, ⁊ fragi⸗
litatem, vnde illa naturalis non habet efficaciam ſuam. Jtem
puto in pupillo eo,quod obligatur naturaliter tantum, vt non
poſſit conueniri per viam huius denunciationis: cum illa natu⸗
ralis non ſit efficax,quod patet quoties ex illa liberetur,etiam ſi
ſoluiſſet,reſtitueretur legis edicto de minoribus, naturali equi⸗
tate inducto:vt C.ſi aduer.ſol.l.fin.ff.de condi.indeb. l.interdū.
14 ⁊ de in inte.reſti l.j.†.Et idem dico in quocunque caſu ſi aduer⸗
ſus ciuilem,vel naturalem obligationem daretur ei reſtitutio.
Obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem deſcenden⸗
tem ex illa,equitate naturali,l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de
pact.⁊ ideo validior eſt obligatio naturalis ſola,cui nulla obſtat
exceptio,quam ciuilis,⁊ naturalis,cui obſtat exceptio.not. ff.de
compen.l.quecunque.Nam per exceptionem etiam eliditur na⸗
15 turalis obligatio. † Quid de tuto per exceptionem rei iudica⸗
te,quam gloſſ.dicunt inductam magis ad rigorem iuris conſer⸗
uandum,quam ex equitate:vt not ff.de condi.indeb.l. qui exce⸗
ptionem,⁊ l.Julianus ⁊ C,de iu.⁊ fact.ign.l.cum quis. Videtur
quod cum eſſet equitas ⁊ ſic naturalis non eliditur: vt d.l. Ju⸗
lianus.poſſit conueniri per viam huius denunciationis, qꝛ pec
cat mortaliter. Contra, imo non eſt locus huic denunciationi,
quia licet peccet mortaliter non tamen poſſet cognoſci poſt ſen⸗
tentiam, cum ſemel ſit cognitum.l.ſi quis cum totum.§.plane.⁊
16 §.ſi ancillam.ff.de except.rei iu.⁊ de re iud.l.poſt rem. † Simili⸗
ter de eo quod eſt deciſum per iuſiurandum:d.l.poſt rem.⁊ de iu
reiu.l.nam poſtea.§.j.pro quo facit. Nam in certis cauſis tantū
permittitur:vt propter inſtrumenta de nouo reperta datur reſti
17 tutio:vt ff.de re iud l.Jmperatores.† Modus probandi hanc
denunciationem hic ſit:vt prima denunciatio probetur per ſeip
ſam,cum dicat, corripe eum inter te,⁊ ipſum ſolum. Sed an de⸗
nunciatus poterit probare contrarium? Quod videtur de facili
quod poſſet probari quod Rex Frācie, vel quod Rex Anglie
nunquam fuerat ei locutus. Sed contrarium puto, cum prima
denunciatio dicatur fieri per ſeipſum,etiā ſi fieret interueniente
organo,ſcilicet epiſtola vel ſecreto nuncio:vt ff.de conſti.pecu.
l qui autem.§.fin.⁊ l.ſeq.Huius contrarij quodammodo impoſ⸗
ſibilis eſt probatio Secunda denunciatio eſt probanda per ſe,
⁊ vnum alium legitime deponentem,vel per ſe ⁊ duos alios,cū
dicat,adhibe tecum vnum vel duos,cū in ore duorum vel trium
ſtet omne verbum. Tertia denunciatio que ſit eccleſie probat
per ſeipſum libellum denunciatorium datum ipſi iudici eccle⸗
ſiaſtico. Quarta,ſcilicet ꝙ peccet in eū probat probando quod
b detinet rem ſuam,⁊ quod eſt ſuus debitor.hec autem ꝓbatio, h
eliditur hoc modo,dicit denunciatus,non pertinet ad te cogno⸗
ſcere iuſte vel iniuſte detineam, hoc autem ſcio quod teneo, non
contra conſcientiam ⁊ hoc ſufficit vt vltra eccleſia non ꝓcedat,li
cet enim probet quod res fuit ſua vel ſibi debita, potuit deſine⸗
re,⁊ ſic non ſequitur quod contra conſcientiā teneat: licet quā⸗
do ordinarie agitur, ſufficit probare ſuum,vel ſibi debitum, niſi
18 aduerſarius probet contrarium. Sed in hac† denunciatione ſa⸗
tis eſt ſi denunciatus aliquam iuſtam cauſam allegat quare con⸗
tra conſcientiam non teneat, licet cauſam non probet, creditur
enim ſibi ad purgandum conſciētiam ſuam,niſi ſcandalum, vel
publicum peccatum ⁊ manifeſtum ſit tunc enim debet de ſatiſſa
ctione conſtare ſecundum Jnnocen.Sed Hoſtiē.contra,quia ſi
ſemel fuerit meum,vel mihi debitum,adhuc preſumitur,niſi pro⸗
betur contrarium:vt C.de proba.l.ſiue poſſidetis. Joan. Andr.
videtur ſtare dictis Jnnocen. Tu dic,ſi denūciatus dicit ſe non
tenere contra conſciētiam ſuam,⁊ nullam cauſam allegat, non
ſufficit:vt d.l.qui interrogatus.de pet.hered. idē ſi allegat cau⸗
ſam iniuſtam l.nec vllam.§.j.eod.titu. Sed ſi allegat cauſam iu⸗
ſtam, tunc ſi quidem cauſa eſt dependens ex eo facto, qꝛ dicit
ſe ſoluiſſe,vel ſimile,ſi negauit poſitionem denūciationis quod
eſſet ſuum,vel ſibi debitum,⁊ probatum eſt cōtra eū, non debet
poſtea credi aſſertioni ſue:vt ff.de ꝓb.l.cum de indebito.⁊ extra
de ſolu.c.ſi.⁊ C. de non nu.pecu.authen.cōtra qui ꝓpriam. cum
ſimili.Conſcientia enim alterius non debet probari niſi ex indi
cijs:vt C.de dolo.l.dolū.ſcilicet,iſtud eſt indicium legitimum, et
lege probatum.Si vero confeſſus eſt intentionem actoris,ſcili⸗
cet fuiſſe ſuum,vel ſibi debituz, dicit tamen ſe emiſſe,vel ſoluiſſe,
vel quid ſimile,tunc ſi denuncians non probet intentionē ſuam
aliter quam tali confeſſione,debet ſtari dicto eius ad excuſatio⸗
nem ſiue exonerationem cōſcientie ſue:vt C.de teſtib.l.ſi quis te⸗
ſtibus.⁊ de ſen.⁊ interlo.om.iud.l.cum Papinianus. de iureiu.
l.eum,qui.in princip. Si autem denunciator poteſt, ⁊ vult ali⸗
ter ꝓbare quā ex confeſſione denūciati,tunc ceſſat talis preſum
ptio,qꝛ forte ideo confeſſus eſt,qꝛ ſciebat poſſe probari. Hoc p
batur in gloſſ.in d.l.eum qui.in princip. igitur tunc erit recurrē
dum ad coniecturas,ſcilicet cuius vite, cuius conditionis eſt i
ſte denunciatus,vtrum eius aſſertioni debet credi:vt l.non oēs,
§.a barbaris.de re mil.Hoc etiam pendet ex quantitate rei pe
tite,vtrum ſit magna, vel parua. arg. eius quod not. in l. admo⸗
nendi.ff.de iureiur.Sed ſi cauſa,quam allegat,eſt talis, que ab
eius facto non dependeat, ⁊ ſic dicit ſe habere ab alijs, an eis
credi debeat.Vidēdum eſt qui ſunt illi,a quibus habuit, ⁊ cuius
opinionis,⁊ vtrum hoc dixerit ante litem motam,vel poſt, arg.
extra de teſti.c.licet.Ex quibus etiā puto ſi hoc habuit a procu
ratore ſuo,cui hoc mandauerat,ſatis ſit:vt ff.de peculi.qui vulgo.
Jtem ſi defunctus ſcriptū reliquit recte ei credit heres ad exo
nerationem ſue conſcientie vt l.qui cum minor.§.pe.ff.de bo.que
lib. Jtem ſi aliqua indicia legitima appareant ex quibus quis
poſſit informare conſcientiam ſuam:vt l.mariti.§.lenocinium.in
princip.ff.de adult.Si vero informaret ſuam conſcientiam ex p
ſumptionibus non legitimis,non excuſatur: licet enim non te⸗
neatur contra conſcientiam ſuam, tenet tamen ſecundum con⸗
ſcientiam erroneam,⁊ ſic peccat,niſi conſcientiam erroneam de
ponat,⁊ deponere cogetur:vt extra de ſen. excommu.c. inquiſi
tionis. vbi probatur hec diſtinctio. Sed tu dices non per hoc
probatur denunciatio que dicit quod peccat in me retinendo
meum,vel mihi debitum. Nam apparet quod non peccat deti⸗
nendo:ſed erroneam conſcientiam habendo.Sed certe finaliter
in hoc peccat,quod retinet,⁊ ſic videtur probata denunciatio.
19 Sed qualiter† peccat heres in eo quod defunctus tenebat con
tra conſcientiam? Reſpondeo,forte ipſe heres ſcit,⁊ ſic contra
i conſcientiam retinet.Si vero ignorat tunc prius eſt heredi no
tificandum taliter quod in eius cadat notitiam, vel cadere de⸗
beat,l.quod te.ſi cert.peta.⁊ ff.depoſi.l.ſi quis inficiatus.⁊ poſt⸗
quam notificatum fuerit debent fieri denunciationes. Nam tex.
dicit quod ſi peccauerit in te frater tuus,⁊c.prius ergo debet p
cedere peccatum,quam ſiat denunciatio:ſed ſi heres non patia
tur ſe certificari,certe in hoc peccat,⁊ perinde eſt ac ſi certificat
eſſet.arg.ff.quod vi,aut clam.l.j §. Ariſto. Sententia autem ſup
20 †hac denunciatione fertur quod ſi reperitur denunciatus pec
care in denūciantem precipitur ei,vt exeat de peccato.⁊ adhuc
per ſententiam excommunicationis compellitur:vt in d.ca.no
uit.Et no.quod ſolum in his tribus modis procedendi locū
hec conſtitutio, ſcilicet per accuſationem,inquiſitionem,de
nunciationem,in alijs vero modis procedendi: vt per except
nem,nil immutatur de eo,quod dixi.ff.de adul.l.ij.§.ſi publica
ex iſtis tribus modis attribuuntur iſte tres qualitates que ſe
quuntur.

ADDITIONES.

a Tho.Dipl.¶Ut extra de.Vide Angel.de Are.in §.ſic itaque
vbi ſcripſit,Jnſtit.de actio.⁊ apoſt.Alex.in l. Quintus.ff. man
da.in apoſtil.magna.in fin.
b ¶Ex mero officio.Vide Franciſc.de Are.in capi. ex parte, de
teſtib.
* ¶Denunciationem.Vide quid ſit denūciatio,Jo.And.in ad
dit.ad Spec.eo.tit.⁊ ibi an ſtante ſtatuto,quod accuſanti male
ficium debeatur certum quid,an debeatur denuncianti.
c Th.D.¶Eſt ⁊ alia.Adde Bal.in authen.ad hec.C. de vſu.et
ibi plene ponit de huiuſmodi denūciatione,⁊ aliqua per Felyn.
in proem. Decre.
* ¶Priuata.Vide Calde.conſi.v.de accu.vbi an ſi aliquis coram
iudice dicat,quod agit via denunciationis propter ſuum priua⸗
tum intereſſe narrans qualiter illum monuerat ſecundum for
mam legis Euangel.ce: ⁊ concludat quod petit illum compelli
ad reſtituendum ſuum debitum, an hec dicatur denunciatio E
uangelica,vel iudicialis.
d Th.D.¶Ad eum pertinentem.Vide Bal.in authen.ad hec.
C.de vſur.

e B.L. ¶ Mortali. Vide Specu. eod. titu. §. i. ver. item opponit: vbi in fi. illius §. dicit, quod ſi proceſſus ſit ceptus vigore denũciationis, ꝛ aliqua difficultas ingeratur, quod poteſt procedi per viam inquiſitionis.

f ¶ Lb. D. ¶ Ex pacto nudo. Vide Alex. plene in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. circa finem. ff. de pac.

g ¶ A iudice eccleſiaſtico. Vide Bart. in l. ſequitur. §. fin. cum al. ꝛ ibi dict. ff. de vſuca. ꝛ Fely. in cap. fin. de preſcrip.

h ¶ Hec autem probatio. Vide Andr. Sicul. in cap nouit. de iudi. quomodo procedat libellus in hac denunciatione, vide innocen. in d. c. nouit. ꝛ ibi do. Abba. de iudic. in verſi. quo quomodo. ꝛ ibi vide Barba. ꝛ ibidem vide etiam Philip. Dec. requiritur etiam quod vere ꝛ non preſumptiue concludat libellus, de quo vide Feli. ꝛ Deci. in d. c. nouit ꝛ ponit Ang. de Are. in §. ſic itaq; Inſtitu. de act. ꝛ ego practicaui, quando actor poſſidet quod agat quod ipſe leſus ex ſnia conſeruetur indemnis et q̃ imponatur perpetuum ſilentium in cauſa Nicolai de Põte, contra preſbyterum Hieronymum Zacharotum de Padua.

i ¶ Contra conſcientiam. Vide And. Sicul. in c. nouit. in verſic. iſte paſſus. de iud.

1 ¶ Cauſa commiſſa ſummarie, debet totam ſubſtãtiam comprehendere, ꝛ ſummarie intelligitur breuiter.

Qui dicit in ſumma, omnia membra principalia ponit.

2 Summarijs in cauſis libellus debet ita formari, ſicut q̃n ordinarie proceditur, lis conteſtatur, ꝛ ſententia diffinitiua datur.

3 Summarijs in cauſis dilationes poſſunt abbreuiari, non tamẽ ita vt probationes legitime pereant.

4 Summarijs in cauſis quando poſſint opponi exceptiones requirentes altiorem indaginem.

Exceptio dicitur habere altiorem indaginem quando non poteſt expediri intra tantum tempus, quantum proceſſus principalis.

5 Peremptorium requiritur etiam q̃n ſummarie proceditur.

6 Feriarum tempore non proceditur in cauſis in quibus ſummarie proceditur.

7 Summaria in hac cognitione que probatio requiratur.

Probatio plena que dicatur.

8 Probatio per iuramentum ſufficit in cauſis ſummarijs, ꝛ modici preiudicij.

9 Probatio que requiratur in ſummarijs, in quibus ſit aliquale preiudicium reo quod tamen põt per aliud iudicium reparari.

10 Probatio plena vt fiat, requiritur quod fiant articuli, ꝛ quod ſingulariter, ꝛ diſtincte probetur.

11 Sũmarijs in cauſis valde fauorabilibus ſufficit quod ſummatim negotium probetur.

12 Poſſeſſorijs in iudicijs que ſummarie examinantur, plena probatio requiritur ex parte actoris.

13 Summaria cognitio, in quo verſetur: quãdo cauſa ſummarie cognoſci debet.

14 Quando proceditur contra abſentem ſemper dicitur ſummarie agitari.

15 In cauſa ſecundi decreti, lz dicatur ſummarie cognoſci, tñ probatio per inſtrumentum, vel per idoneos teſtes requiritur.

16 Probatio per inſtrumentum in cauſa primi decreti ſufficit.

17 Cauſe ſummarie que ſint.

18 Plenarie cauſe cognitio requiritur vbi ſententia data tribuit ius finale nec poteſt per aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel aliud remedium exceptiones ſubiungit.

19 Summarie eſt procedendum quando agitatur cauſa ſuper qua lata ſententia non parit magnum preiudicium vel parit tale q̃d per aliud preiudicium reparari poteſt abſque appellatione, vel reſtitutione.

20 Quomodo cognoſcatur quod cauſa tota ſit ſummaria vel articulus ſummarie cognoſcatur.

Emergentia ad cauſam requirentem plenam cognitionem, in quibus ſiue quis vincat, ſiue vincatur, propter hoc cauſa principalis non perditur ſummarie, cognoſcuntur etiam reſpectu probationum.

21 Probatio impedimẽti a petẽte ſecundam dilationem, probatur per iuramentum ꝛ ſic ſummaria, ꝛ ſemiplena probatio ſufficit.

22 Quando tractatur de probando impedimento, vt detur ſecunda dilatio requiritur plena cauſe cognitio, ꝛ probatio.

23 In danda ſecunda dilatione requiritur plena cognitio quando denegatur.

24 Exceptiones que opponuntur ante litem conteſtatam, lz plenã probationem requirant vt quis vincat, tamen cognitio poteſt dici ſummaria, ob dilationis breuitatem.

25 Succumbens in exceptione propoſita, ante litem conteſtatam poteſt illam poſt litem conteſtatam proponere, ꝛ eam plene pbare, ſi non plene probauit ante.

Teſtes examinati ſummarie ante litem conteſta. poſt litem cõteſt. poterunt plenarie examinari.

Teſtes examinati in vna inſtantia ad vnũ finem non impediũt examinationem fieri in alia ad alium finem.

26 Sententia lata ſuper principali quando parit exceptionem rei iudicate ſuper incidenti, tunc ſuper incidenti plene cognoſcitur, ſi cauſa principalis erit plenaria, alias ſecus.

27 Exceptiones peremptorie que poſſunt ſeparari a principali ſi incidant in negotio principali quando plenaria, ꝛ quãdo ſummaria cognitio adhibeatur.

28 Compenſatio debiti naturalis appoſita quando admittatur, ꝛ plenarie cognoſcatur.

29 Exceptiones oppoſite poſt ſententiam quando ſit quod requirant plenam, ꝛ quando ſummariam cognitionem.

30 Executio ſententie impeditur per exceptionem nullitatis, vel quod ſit lata pretextu falſorum inſtrumentorum, ſi probationes ſunt in promptu, que debent eſſe plene.

31 Exceptio que opponitur non contra executionem, ſed contra rem, in qua ſit executio, ſummariam cognitionem requirit, etiam quo ad probationem.

32 Sententia lata in cauſa ſummaria, in qua iudex dicit ſe habuiſſe plenam cauſe cognitionem, non facit preiudicium in alia cauſa.

33 Sententia lata in cauſa in qua plena pbatio requiritur, in qua iudex diceret ſe habuiſſe cognitionem ſummariam non valet.

Cauſam ſummarie examinari, ꝛ ſimpliciter idez importat, Simpliciter, id eſt, ſine plica diſtincte, ꝛ inuolute.

a **Summarie.** [a] Summa, id eſt, breuis, vel ſumma,
id eſt, prima, vt not. ff. de ſta. ho. l.
ſumma. ꝛ ſic ſummarie. i. ſummatim, vel breuiter, vel primarie, vt
oſtendam. Hec materia tangitur in l. iij. §. ſciendum. ff. ad exhib.
ꝛ in Spec. de offic. om. iud. §. poſtremo. vbi ponit tractatum io.
1 Fazioli, de Piſis. Sed ad maiorem declarationem † dic ad hoc
vt ſummarie, cognoſcat, quandoque adijcitur toti cauſe quandoque
vni articulo. De primo intelligere debemus circa ordinem
procedẽdi ſummarie, id eſt, breuiter. Et hoc quod dico breuiter,
non intelligitur diminutiue, ſed ita ꝙ totam ſubſtantiam
comprehẽdat, l. i. ff. de re iudi. ꝛ ideo qui aliquid dicit in ſumma,
omnia membra principalia ponit: vt ff. de condi. indeb. l. in ſum-
b ma. [b] Unde quando proceditur ſummarie, tunc conteſtatur lis,
ſubaudi forte ſi ſentẽtia tribuit ius finale, alias ſecus. Ex hoc di-
2 co, † ꝙ in proceſſu nihil debet de ſubſtãtialibus omitti: ꝛ ideo li-
bellus debet eſſe ita plene formatus, ſicut ꝛ q̃n ordinarie pro-
c ceditur. ff. ad exhib. l. iij. in prin. Item conteſtatur lis [c], l. tigni. §.
ſi quis non poſſideat. ꝛ §. idẽ ſcribit. ꝛ l. Iulianus. §. proinde. ff.
d ad exiben. Item ſententia diffinitiua [d] datur, l. iij. §. preterea. ff.
ad exhiben. ꝛ de in lit. iur. l. in actionibus. in princip. ꝛ ff de libe.
agno. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his licet quidam dicãt quod
* illa eſt ſententia interlocutoria *, vt ibi tangitur, ſecundum
Guliel. ſed gloſſ. C. commi. vel epiſ. l. prima. innuit, quod in his
ſummarijs non requiratur ordo. quod patet per dictas leges.
3 Expeditur autem iſte † proceſſus breuiter, quia licet alias nõ
poſſint dilationes breuiari niſi cauſa cognita, tamen abbreuian-
* di illa ſola eſt cauſa ſufficiens *, quod cauſa debet agitari ſum-
marie: vt ff. de re iudic. l. ij. in fi. non tamen ita poteſt abbreuiari,
vt probationes legitime pereant. Hoc enim impediret cauſe co-
gnitionem. quod non poteſt. quia cauſe cognitio eſt de ſubſtan-
tia iudicij, vt C. commi. vel epi. l. iudex. ꝛ l. fi. ꝛ no. C. de ſent. l. pro-
latam. ſed que ſunt de ſubſtantia, non poſſunt omitti, per hoc,
quod dicit ſummarie: vt dictum eſt. ergo, ꝛc. probatur extra de
4 ver. ſig. c. ſepe. in cle. In hoc proceſſu ſic que exceptiones oppo-
nantur, que requirant altiorem indaginem, ſi quidem poſſunt
per alium iudicem examinari. per iudicem non addmitterentur,
ſed in alio iudicio ſeruabuntur, l. ille a quo. §. ſi de teſtamẽto. ff.
ad Trebellia. ꝛ l. iij. §. ibidem. ff. ad exhibend. Si vero in alio iu-
dicio examinari non poſſunt, etiam in iſta examinabuntur vt in
d. § ibidem. in fin. ꝛ ita intelligit ibi glo. dum dicit in verb. exce-
ptionibus queſitis reo pro poſſeſſione retinẽda. Si enim poſſet
reſpuere illa, que non poſſunt alibi examinari, auferret, ius par-
tis ꝛ etiam cognitio tolleretur, quod non poteſt, vt dictum eſt.
Ille autem non dicuntur habere altiorem indaginem. que poſ-
ſunt examinari intra tantum tempus, intra quantum princi-
palis proceſſus expeditur, etiam ſi hoc non opponeretur, vt l. ſi
5 is a quo. in princ. ff. vt in poſſeſſio. leg. Item in his † caſibus in
quibus ordinarie agitur, quis citatur peremptorie. ita in iſtis
caſibus vbi agitur ſummarie: quod patet in interpoſitione pri-
mi decreti, ꝛ ſecũdi quod ſummarie ſit, ꝛ oportet quod procedat
* peremptorium *, vt C. de his qui ad eccl. cõfu. l. preſenti. §. ſed ſi
hoc facere. ꝛ quomodo, ꝛ quando iudex. l. conſentaneum. ꝛ t Cy.
6 not. ff. de damno infecto. l. ſi finita. §. Iulianus. Tempore † ui-
tem feriarum non poteſt procedi niſi in caſibus expreſſis. ff. de

ſer.l.j.⁊ §.⁊ quãpluribus alijs legib. Non obſt. predictis extra
de verbo.ſignifi.c.ſepe.quia tota hec glo.procedit quando ſum-
marie tantum debet procedi ibi quando omnia illa verba iun-
7 guntur ſimul.de quo.j.dicam. Circa modum probandi † in hac
ſummaria cognitione ſciendum eſt. quod plena probatio eſt fa-
cere iudici plenam fidem:vt C.de eden.l.procurator.de cond.ob
tur.cau l.j.ff.de vba.l.quinquaginta. Habet autem hec plena fi-
* des ſuos gradus. Nam quandoqꝫ quis incipit ſuſpicari, hoc
eſt in vnam partem inclinare animum ſuum aliqua ratione ſa-
tis forti non tñ ita ꝙ credat non poſſe eſſe contrarium. Quãdo-
que procedit vltra,⁊ incipit credere ita forti ratione quod firmi-
ter inhereret vni parti,vel de contrario aliquo modo dubitat. et
iſta eſt plena pbatio,⁊ plena fides,hec naturalis dicitur, ⁊ pro-
batur ff.de queſt.l.j.in prin. vbi ad tormenta ſeruorum ita demũ
veniri oportet cũ ſuſpectus eſt reus,⁊ alijs argumentis ita ad-
monetur:vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur: quod enim
dicit cum ſuſpectus eſt reus denotat primum gradum, quo qs
incipit peruenire ad finem, ſcilicet ſuſpicionem, quod vero ſub-
dit,⁊ alijs argumentis,denotat ſecundum gradum quo incipit
opinari:quod vero ſubdit,de confeſſione ſeruorum,denotat vlti-
mum gradum,ſcilicet quod plena fides haberetur ⁊ dicitur ple-
na probatio,hoc etiam probatur.ff.de teſtib l.iij.§.eiuſdem.in fi.
ibi, quid aut credas aut parum probatum tibi opinaris, ⁊c.

¶ Et hec plenius dixi in repetitione l.admonendi.ff. de iure-
8 iur.vbi de ſemiplena probatione tractaui. Nunc † autem ad pro-
e poſitum dico, quod quedam ſunt [e] cauſe ſummarie modici, et
quaſi nullius preiudicij, ⁊ in his ſufficit probatio per iuramen-
tum:vt ff.ad exhiben.l.theſaurus,non enim nocet domino ſi pa-
titur me cauente de damno infecto querere theſaurum meum in
f fundo ſuo vbicunque petitur exhibitio, ſed ſi in actione [f] ad ex-
hibendũ veniret poſſeſſiõis tranſlatio:vt in l.Celſus.§. Julia-
nus.ad exhiben. vel ſi aliter per exhibitionem damnificaretur
reus,tunc non ſufficeret probatio per iuramentum, ſed ſeque-
retur alia,vt ſtatim dicam. In his enim vbi ita modicum preiu-
dicium vertitur ex ſolo iuramento iudex ad ſuſpicionem,ſeu opi-
9 nionem inducitur. Quedam ſunt,† in quibus aliquale preiudi-
cium fit reo, tamen poteſt reparari per aliud iudicium tunc alia
probatio requiritur quam per iuramentum ſcilicet, quod per v-
g nũ teſtem,vel aliqua [g] indicia,vel veriſimilia, ꝙ ita in ſuſpicione
vel opinione iudex aduocetur:vt ff.ad l.Aquil.l.in lege Aglia.
ibi,ad ſuſpicionem iudicem adducam.⁊ de Carbo. edic.l.iij.§.
cauſe.ibi,vel modicum pro puero facientem:vt de ven. in poſ.
mit.l.j.§.ſi in ea. Et iſta probatio dicitur facta ſummarie hoc eſt
primarie,quaſi ad primũ gradum pbationis, ſcilicet ſuſpicionẽ,
vel opinionem peruenit. iſtud quod dicimus prima facie vide-
tur quod ſic,vel prima fronte:vt C.de edic.diui Adri.tol.l.fi. vel
etiam poteſt dici ſummarie, id eſt, breuiter. Nam ad plenam
10 † probationem ſecundũ conſuetudinem hodie approbatam per
Decretales requiritur,quod fiant articuli quod ſingulariter. et
11 diſtincte probetur hic vero ſufficit † quod ſummatim negocium
probetur:vt d.l.in lege Aquil.ibi,ſummatim negocio expoſito.
Et hoc intelligo in cauſis ſummarijs valde fauorabilibus, ſcili-
cet ne propter probationes deficiant,vt alimentorũ,⁊ ventris.
Si vero nõ ita fauorabiles eſſent licet poſſint per aliud iudiciũ
reparari,tunc quantumcunqꝫ ſint ſummarie in eis plena proba-
h tio requiritur [h] ex parte agentis. Dicitur autem ſummarie, re-
ſpectu defendentis quia ſi accuſatorem diceret per calumniam
poſtulare vel aliquam exceptionem opponeret,que requireret
altiorem indaginem,differtur exceptionis probatio, nec impe-
diretur actoris intentio.ff.vt in poſ.leg.l.ſi is a quo.§.j.de pret.
ſtip.l.j.§.pe.ad Treb.l.ille a quo.§.ſi de teſtamento. Et idem di-
12 co † in omnibus poſſeſſorijs iudicijs que dico ſummarie exami-
nari:vt C.vnde vi.l.momentanee.⁊ no.C.quorum leg. l.vnic.in
gloſſ. quod poſſunt per iudicium petitorium reparari. Nam in
eis dico quod requiritur agentis plena probatio:vt d.l.j.C.quo.
13 bo.vbi expreſſe dicitur. Circa † vero exceptionem aduerſarij,⁊
i circa dantes dilationes, poterit verſari dicta ſummaria cogni-
tio,⁊ ſummarie dicatur hoc caſu,quaſi prima facie,hoc videatur,
cum iura partium non perfecte diſcutiantur. Quedam ſunt, in
quibus partis verſatur preiudicium, nec poſſunt in aliud iudi-
cium reparari,niſi per appellationem,vel alijs modis legitimis,
⁊ in his, ſi dicatur procedendum ſummarie, intelligitur ſolum
k quo ad ordinem ſed ab vtraque parte probationes, [k] ⁊ defen-
ſiones audiuntur: vt C.de naufrag.l. de ſubmerſis. licet ibi ſit
plus quam ſummarie agendum vt extra de verborum ſignifi. c.
ſepe.in clemẽ. In his enim cauſis debet intelligi illa conſtitu-
tio,⁊ ſic loquitur hic. Si enim in cauſis vbi ponuntur omnia il-
la vocabula,ſcilicet,ſummarie,⁊ de plano.⁊c.hoc eſt in d.c.ſepe.
multo minus hoc eſt,vbi dicitur ſummarie tantum procedi. Et
14 predicta † vera vbi ꝯ preſentem procedituꝛ. Proceſſus autem
qui fieret ꝯ abſentẽ,ex quo poſſet ꝯ eum aliquod decretũ ſter-
l poni,vel diffinitiua [l] ſententia deferri ſemper debet dici ſumma-
rie agitari. Nam cum merita cauſarum partium aſſertione pã-
dantur l.fin.C.ſi per vim,vel alio modo,ſi ſit parte abſente,non
* poteſt dici quod plene liqueat iudici:forte enim ſi pars fuiſſet
preſens aliquid oſtendiſſet, ⁊ ideo totum quod probatur dicit
conſtare ſummarie hoc eſt,primarie id eſt,prima facie:⁊ ideo ge-
m ſta, parte abſente, [m] non ita porrigunt effectus ſuos ad extra-
neos,l.qui repudiantis ⁊ l Papinianus.§.meminiſſe.ff.de in
offi.teſtamen.cum ſimil.⁊ ſic ſummatim cognoſci dicit gloſſ.C.
de bo.auth.iu.poſſi.l.cum proponas.⁊ in authen.ibi poſita.⁊ ff.
15 ex quib.cau.in poſ.ea.l.ſ.ulcinius.§.j ⁊ ibi gloſſ.dicit, † quod in
ſecundo decreto procedit ſummaria cognitio:⁊ tamen in eo re-
quiritur probatio per inſtrumentũ per idoneos teſtes.l.fin.C.
16 de bo.auth.iud. poſ.Sed in primo † decreto, quia ibi generatur
modicum preiudicium ⁊ poteſt de facili reparari, ſufficit proba-
tio per iuramentũ:vt probatur in auth.de exh.re.§.ſuſceptor.ſic
enĩ ſummatim dici ſentit Spec.in ti.de offi.om.iudic poſtremo,
17 circa fin. Et ſi queritur † que ſint cauſe ſummarie,gloſſ.dicit regu-
lariter,omnis cauſa que non requirit plenam cognitionem l.iu-
dices.C.de iud.fallit in caſibus qui enumerantur. ff. ad exhib.l.
iij.§.ſciendum. Specul.dicit idem,⁊ certos caſus enumerat:ſed
Dyn.ff.de pre.ſtip.l.j.§.pe. dat certas regulas ſic. Vbicunque
agitur cauſa ſuper qua ſententia lata tribuit ius finale,⁊ aufert
plenum ius, ⁊ tribuit alteri,ibi deſideratur cauſe cognitio ple-
n.vbi vero econtra,non deſideratur plena, ſed ſufficit ſemiple-
na,ff.quis or.in bo.poſ.ſer.l.ij ⁊ ſ.de bo.poſſeſſion.l.iij.§.ſi cau-
ſa cognita. Sed certe ille leges hoc non probant. nam diſtin-
guunt vtrum detur de plano,an iudice ſedente pro tribunali.
Et aliud eſt dicere de plano,⁊ aliud eſt dicere ſummarie:vt j.di-
cam in ſeq.glo. Nam ⁊ bonorum poſſeſſio,que tribuit ius, datur
a iudice ſedente pro tribunali, ⁊ tamen non datur in forma iudi-
cij:vt not.in d.§.ſi cauſa cognita,ſue tamen regule multum mihi
18 placent,vt dicamus ſic,† Vbicunque ſententia,data tribuit ius
n finale nec poteſt per aliud iudicium [n] reparari niſi per appel-
lationem, vel aliud remedium, tunc requiritur cauſe plenaria
cognitio regulariter:d.l.iudices C.de iudi. Fallit in caſu dic.l.
de ſubmerſis.C.de naufra. Item in caſu huius conſtitutionis.
Item in caſibus,qui ponuntur in c.diſpendioſam.extra de iud.
in clem. Item in caſibus,in quibus ſententia poteſt ferri contra
abſentem ⁊ negocium liquidari. C. quomodo,⁊ quando iudex.
auth.qui ſemel.⁊ C.vbi de cri.agi.opor.auth. qua in prouincia.
Item vbi peruenitur ad ſecundum decretum: vt dictum eſt.
19 Secunda eſt regula,quod † vbi cauſa agitur,ſuper qua ſententia
lata non parit magnum preiudicium vel parit tale quo per
aliud iudicium poteſt reparari,abſque alia appellatione,vel re-
ſtitutione,vel ſimili remedio,tunc procedendum eſt ſummarie.
Iſtud probatur in omnibus exemplis poſitis in d.§.ſciendum.
in glo.et in eo quod ſ.dixi de iudicijs poſſeſſorijs,ſed hoc quod
dico ſummarie, diuerſimode accipitur, vt ſupra oſtenſum eſt.
Sed dices tu,id eſt, nulla lege antiqua reperitur, quod agitur
ſummarie:nam in d.l.iij.§.ſciendum.ff.ad exhiben. dicit quod
ſummatim debet cognoſci an actoris interſit, ⁊ ſic illum articu-
lum dicit examinandum,non totam cauſam. Simile in cauſa a-
limentorum ex Carboniano ſummatim examinatur an ſit fi-
et ſic vnus articulus:vt ff de lib.agn.l.ſi quis a liberis.§.ſi vel
parens.⁊ de Carbo.edic.l.iij.§.cauſe.⁊ idem in ſi Sed vbi ali-
quid quod eſt principalis cauſa intentionis venit examinan-
dum ſummarie, merito tota cauſa dicitur ſummaria. Sed quo
20 modo cognoſcimus † quando adijcitur vno articulo quod co-
gnoſcatur ſummatim qualiter intelligatur? Ad quod dico q
ſi cauſa principalis eſt ſummaria et omnes eius articuli ſunt
ſummarij,eadem ratione, vt dictum eſt. Si vero cauſa princi-
palis requirit plenam cognitionem cauſe, tñc de emergẽtibus
⁊ incidentibus videamus. Dico, ꝙ quedam ſunt emergentes
in quibus ſiue quis vincat,ſiue vincatur, cauſa principalis pro-
pter hoc non perditur, et in his ſemper dico ſummarie cogno-
ſcendum.exemplum ff.de peti.here.l.ſi quis libertatem in ſi. de
interro.ac.l.ſi defenſor.§.illud. Nec dico,vel alijs emergenti-
bus, vel incidentibus agi ſummarie reſpectu ordinis, quia in
his ordo attenditur ipſius cauſe principalis, ſed dico ſumma-
tim cognoſci reſpectu probationum, quia cum res ſit modici
preiudicij,ſufficit quod oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie. vt
dictis legib. Quedam ſunt emergentes,in quibus ille qui illas
emergentes proponit,ſi vincit,propter hoc non vincit cauſam
principalem, ſed remaneret in dubio:ſed ſi perdit in illa emer-
genti, perdit cauſam cum actor in prima dilatione nil proba-
uit,petit ſecundam ſi obtinet non vincit cauſam, ſed remanet
in dubio probationis. Si vero perdit in iſta emergenti,abſque
21 dubio perdit cauſam in iſtis. Si quidẽ loquimur † de pbatione
impedimen-

impedimenti fienda ab eo, qui petit ſecundam dilationem, dico
o ꝙ ſufficit ſummaria, ⁊ ſemiplena ꝓbatio: [o] ꝙ patet, quia ſufficit
probari per iuramentum: vt extra de exceptio. cap. paſtoralis. ⁊
ff. de excuſatio. tuto. l. ſcire autem oportet. §. ſufficit, in fi. ⁊ ita de-
terminauit papa, vt retulit Specu. in titu. de appellatio. §. nūc
vero. verſicu, quid ergo. quod tenet Guliel. in l. ij. §. ſi quis. ff. ſi
quis cau. Et huius caſus eſt ratio, quia conſequitur modicum
22 commodum, vt dixi. Sed quando de probatione † impedimen-
ti tractaretur, tunc illud non aſſero probari ex ſolo iuramento,
⁊ per ſolum iuramentum. Sed conſidero iſtam emergentem ex
parte reſiſtentis, quia ex denegatione huius dilationis conſe-
quitur magnum commodum, ⁊ ſi vult impedire requiritur ple-
na cauſe cognitio. De hoc eſt text. C. de dila. l. a procedente. vbi
expreſſe dicitur, quod ideo plena cauſe cognitio tūc requiritur,
23 quia ſi negatur, ſententiaretur ſuper † principali queſtione: igi-
tur de danda dilatione, quia aliquo caſu requiritur plenaria co-
gnitio ſcilicet, quando denegatur, igitur in dubio videtur ple-
nam cauſe cognitionem requiri. argumen. ff. de condict. indeb. l.
ſufficit. Quedam ſunt emergentes que habent ſe econtra ad p̄-
dicta que ex parte eius qui emergentem proponit, ſi vinceret
totum ibi vinceret. Sed ſi perderet, non per hoc perdit totum
24 nec aduerſarius vincit. Exemplum † in exceptione rei iudicate,
de iureiurando, et de tranſactione que opponuntur a reo ante
lit. conteſtatam ad impediendum proceſſum. Si enim opponēs
vincit, totum vincit: ſi perdit, remanet lis. Hoc enim' ex parte
opponentis requirit plenam probationem, vt vincat. Poteſt ta-
men hec cognitio dici ſummaria propter breuitatem dilatio-
nis, quia ſi requireret altiorem indaginem, differretur illa exce-
ptio, quantum ad impediendum proceſſum ⁊ conteſtabitur lis,
poſtea opponetur in vim peremptorie, l. nam poſtea. in princ.
25 ff. de iureiur. in princ. in text. ⁊ in gloſſ. Et ex hoc dico, quod † ſi
p opponens [p] illa exceptione ſuccumberet, nec plene ante litis
cōteſt. probauit, poſito quod ſuper hoc examinati ſunt teſtes.
⁊ poſt lit. conteſta. iterum poterit opponi, ⁊ teſtes iterum exa-
minari ſuper eodem, ⁊ iterum publicari. Nam primo fuerunt
examinati ſummarie, ergo non impedit examinationem, que fit
poſt litis conteſtationem' vbi fit plenarie: arg. l. penult. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. ⁊ l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de
re iudicata. Item quia teſtes examinati ſuper vna inſtantia ad
vnum finem, non impediunt examinationem fieri in alia ad aliū
finem: argumen. ff. de eden. l. argentarius. §. penult. ff. de furt. l.
qui tabernas. ⁊ l. qui tabulas §. fina. ſed hic ante litem cōteſta.
producuntur ad vnum finem, ſcilicet, ne procedatur, poſtea ve-
ro producuntur ad alium finem id eſt, vt diffiuitiue abſoluatur,
⁊ cum inſtantia incipiat a conteſtatione, non poteſt dici quod
producantur in eadem inſtantia de hoc eſt caſus extra de teſti-
26 bus capitu. veniens. Quedam ſunt † emergentes, vel verius in-
cidentes, vt quando producuntur alique peremptorie, et iſta-
rum quedam ſunt, que a principali intentione non poſſunt ſe-
parari vt omnis exceptio intentionis. Si enim dico teſtamen-
tum nullum: quia ruptum agnatione poſthumi, vel ſi dicam a-
ctori non competere ius agendi: quia meus ſeruus eſt, vel eum
qui petit hereditatem non eſſe heredem, quia ego ſum heres, et
ſimilia: non enim poteſt pronunciari de vno quin pronunciet
de altero tunc de hoc incidenti cognoſcendum eſt plene quod
patet, quia ſententia lata ſuper principali parit exceptionem rei
iudicate ſuper incidenti. l. j. C. de ord. iud ⁊ de or. cog. l. ij ⁊ de ex-
ceptio. rei iudi. l. ſi inter me, ⁊ te. quod intellige ſi principalis
cauſa requirebat plenam cauſe cognitionē: dicta l. ſecus ſi ſum-
mariam: vt ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. penult. et
de libe. agnoſcen. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. Quedam a-
lie ſunt incidentes peremptorie que poſſunt ſeparari a princi-
27 pali: vt omnis † exceptio actionis excluſio. nam vtrunque eſſe
poteſt, ⁊ poteſt de vno cognoſci, ⁊ aliud omitti. Et iſtarum que-
dam ſunt que principaliter non poſſunt per ſe in alio iudicio a-
gitari: vt exceptio pacti ⁊ ſi que ſunt alie mere exceptiones. et
de iſtis ſine dubio debet plenius cognoſci, cum ex vtraque par-
te debeant plene diſcuti: vt in d. l. iudices. C. de iudic. ⁊ hoc fa-
cit: quia parit plenum preiudicium ab vtraque parte. Quedam
ſunt exceptiones que poſſunt p̄ ſe examinari in alio iudicio non
tamen ad eundē finē ad quem ꝓponuntur, in primo exemplum
in l. vendicantē. ⁊ l. ſequen. ff. de euic. debet etiam plene probari
eadē ratione, tamen licet quis ſuccumbat per modum exceptionis,
* poteſt illud poſtea deducere * in iudiciū per modū actionis di-
cta l. vendicantem. in fi. ⁊ ſequen. Ratio eſt, quia ad diuerſum fi-
nem agitur, ⁊ ſic non videtur eadem res, l. cum queritur. ff. de ex-
ceptio. rei iudica. Ita not. Cyn. C. ſenten. reſcin non poſſe. l. per-
emptorias. dixi plene quantum ad hoc in l. qui Rome. §. duo
fratres. ff. de verbo. obliga. Quedam ſunt exceptiones, que poſ-
ſunt per ſe examinari in alio iudicio per eundē finē, per modum

* agendi: vt exceptio compenſationis *, ſic enim cum opponitur,
tendit ad hunc finem: vt mihi ſatiſfaciat compenſando ita cum
ego ago, tendo ad hunc finem vt mihi ſatiſfaciat ſoluendo, ⁊ ita
cum poſſit ſe in alio iudicio reparari, habet in ſe aliquid ſumma-
rie cognitionis, quia ſi habet altiorem indaginē, iudex non de-
bet eam admittere. ff. de compenſa. l. fina. ⁊ ideo ſi opponeretur
28 † compenſatio debiti naturalis, quod non poteſt deduci in alio
iudicio, hoc non haberet locum, ſed deberet plene examinari, ſi-
29 cut alie exceptiones: vt dictum eſt. Sed admittitur † ad hoc, vt
opponens vincat: vel vt reprobetur compenſatio requirit ple-
na cauſe cognitio: cum plenum etiam faciat preiudicium. l. quod
in diē. §. ſi rationem. ff. de compenſa. ⁊ ff. de neg. geſt. l. fin. aūt. §.
fina. ſed ſi iudex eam admitteret non reprobando, tunc non face-
ret preiudicium: vt ibi. Et predicta de his que emergunt ante
ſententiam, ſed poſt ſententiam quandoque occurrunt alique
emergentes, vel incidētes: ⁊ ideo dicit, quod poſt ſententiā ali-
quando opponuntur alique exceptiones ad merita cauſe, nō ad
ſententiam: vt in caſu l. prime. C. de iu. ⁊ fac. igno. ⁊ tunc dic idem
quod ſ. Quedam ſunt, que opponuntur contra ipſam executio-
30 nem: vt quia dicit, quod non debet fieri † executio quia ſenten-
q tia nulla, vel lata p̄textu falſorum inſtrumentorū [q], ⁊ alia ſimi-
lia, ⁊ iſta requirunt ſummariā cognitionē, quo ad breuitatē dila-
tionis: quia ſi requirunt altiorē indaginē non impediretur execu-
tio, ſed exceptio reſeruaretur p̄ſtita cautione de reddendo quod
exigitur, C. de fal. l. ij. C. de p̄cibus impera. offerend. authen. que
ſupplicatio. ⁊ extra de in integr. reſtitu. capitul. ſuſcitata. Sed ſi
ꝓbationes eſſent in promptu, tamen impeditur executio: et ille
ꝓbationes debent eſſe plene: vt C. ſi ex fal. inſtrumen. l. fina. ibi,
manifeſtis ꝓbationibus, ⁊c. ⁊ idem puto quādo opponitur ex-
ceptio, quod non debet mandari executioni in totum ſed qua-
tenus quis facere poteſt vel alia ſimilia: vt ff. ſoluto matrimo. l.
31 ſi ex diuerſo. §. fina. cum ſimili. † Quedam exceptiones opponū-
tur non contra executionem ſimpliciter ſed contra rem in qua
fit executio, ⁊ iſte ſimpliciter requirunt ſummariam cognitionem
quo ad breuitatem ⁊ quo ad ſemiplenam ꝓbationem: d. l. a di-
uo Pio. §. ſi ſup rebus. ff. de re iudica. Ratio, quia ibi vertitur
modicum p̄iudicium, quia ſi non mandatur executioni ſup il-
la re, mandabitur ſup alia. Item de illa queſtione poterit co-
gnoſci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed quando concedi-
tur vtrum ſententia ſit executioni mādanda vel non, ⁊ ſic de vi-
32 ribus ſententie, tunc eſt res magni preiudicij † Sed quid ſi in
cauſa ſummaria iudex in ſententia dixerit ſe habuiſſe plenam
r cauſe recognitionem [r], an per hoc faciat preiudicium in alia cau-
ſa? Reſpond. non: quia debet intelligi ſe habuiſſe plenam, ſecū-
dum quod natura cauſe exigit: vt l. ſi vno. in princip. ff. loca. de
vſur. l. ſi ſtipulatus. ⁊ de damno infecto. l. damni infecti quidam.
⁊ quia cognoſcere, ſummarie non eſt ſolum in iudice: ſed etiam ī
parte, que forte non curat producere probationes, ideo quia ſcit
cauſam poſſe reparari in alio iudicio, ⁊ hoc maxime verum, ſi
pars contradixit ſententie, vt in capitul. ſepe. in fine de verbo-
rum ſignificatione. in clementi. Sed illud capitulum loquitur in
cauſis, que parant plenum preiudicium quocunque modo aga-
33 tur. † Sed ſi in cauſa, in qua requiritur plena probatio diceret
ſe habuiſſe cognitionem ſummariam, puto ſententiam non va-
lere: quia plenaria cauſe cognitio eſt de ſubſtantialibus: vt C.
de ſenten. l. ex ſtipulatione. ⁊ C. commi vel epiſtol. l. iudex. ideo
ſi omittitur vitiatur ſententia, ⁊ nota. C. de ſenten. l. prolatam.
¶ Item quod ſupra dixi de hac dictione ſummarie, idem intel-
lige ſi diceretur cauſam debere recte examinari ſimpliciter. de
quo verbo fit mentio in d. clem. ſepe. quia debet intelligi hoc eſt
ſimpliciter ſine plica, ſcilicet ſine diſtinctione, ⁊ inuolutione, vt
ff. pro ſoc. l. coiri. de vulg. ⁊ pupi. ſubſti. l. j. ⁊ de verb. obliga. l. j. §.
ſi quis ſimpliciter.

ADDITIONES.

a Thom. Diplo. ¶ Summarie. Vide plenam apoſtil. Alexand.
in l. prima. §. finali. ff. de ſpret. ſtipu. in addit. que incip. pulchrum
tractatum. ⁊ in addit. ſequen. ⁊ Andre. ſicu. in l. ſecunda. C. de
edic. diui Adr. tollen. in princip. ⁊ apoſtil. Alexand. in l. ſecun-
da. C. de pigno. in verſi. dari libellus. Et an partes poſſint face-
re, quod quis procedat ſummarie, ⁊c. vide plenam apoſtil. Ale-
xand. in l. ius publicum. ff. de pact. ⁊ An. r. Barb. in c. de cauſis
de offi. delega. adde quod dicitur ſummarie quando parte ab-
ſente poteſt cognoſci ſecundum glo. ⁊ Bar. in l. j. C. quando pro
uo. non eſt neceſ. ⁊ de hac clauſula ſummarie, ſimpliciter, ⁊ de pla-
no, ⁊c. ſola facti veritate inſpecta, Roma. conſi. xx. ⁊ cxcj. cccclx. ⁊
cccccxcvij.
b ¶ In ſumma. Vide Iaſ. ibi in j. no. ⁊ Alexan. in add. in l. intra
dies. in fi. ff. de re iud.
c ¶ Conteſtatur lis. Vide Gem. in cōſi. cxxxv. factum. in fi. ⁊ Al-
lex. in d. l. intra dies. in fi. ff. de re iud.

d ¶ Sententia diffinitiua. Uide Iaſ. in l. properandum. in princ. C. de iudic.

* ¶ Interlocutoria. Quod ſit diffinitiua, tenet Ro, conſil. cclvij. ⁊ ſequen.

* ¶ Sufficiens. Sed ſi ſit minus breuis, ⁊ ledatur pars alia de iure Canonico repeti poteſt, vt voluit Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. quem ſequitur Ro. ccccxvij.

* ¶ Peremptorium. Dicit tamen Romanus conſi. proxime allega. quod non eſt neceſſe quod peremptorie dicatur in citatione, ⁊ vna pro omnibus ſufficiat, ſi dicatur, ſummarie ⁊ de plano.

* ¶ Suſpicari. Uide eundem in l. admonendi. ff. de iureiur. ⁊ Roma. conſi. xx. Imo. in cle. ſepe. de verb. ſignifi. vbi in omnibus refert, ⁊ ſequitur Bart. hic.

e Tho. D. ¶ Quedam ſunt. Uide Bar. in l. j. in ſi. quorum bono. ⁊ ibi apoſtil. Alex. in ver. ſummaria

f ¶ Sed in actione. Adde Bar. in l. ſi quis ex liberis. §. ſi quis ex his. ff. de liber. agno. ⁊ ibi dixi. ⁊ eundem in l. ſi conſtante. in princip. in ſecunda queſtio. ſoluto matrimo. ⁊ in l. iij. §. ibidem. ff. ad exhiben. ⁊ in l. ij. in fin. C. de edi. diui. Adria. tollen.

g ¶ Uel aliqua. Uide plene per Fel. in c. cũ oporteat. de accuſa.

h ¶ Requiritur. Uide plene per Alex. in conſi. cxxxix. incip. circa primum. in vj. vol.

i ¶ Circa vero. Uide plene per Iaſ. in l. ſi. ff. de fer. ⁊ Bart. in l. iij. §. cauſe. ff. de Carbo. edic.

k ¶ Probationes. Uide Bar. in l. ſi is. §. pen. ff. vt in poſ. leg. vbi etiam dixi.

l ¶ Diffinitiua ſententia. Uide Paul. de Caſtr. in conſil. xl. pro pleniori.

* Liqueat. Quando iudici dicatur conſtare de iuribus partium, vide Rom. conſi. cccxxix.

m Tho. D. ¶ Parte abſente. Uide Pau. de Ca. in conſi. xl. incip. pro pleniori examinatione. in ij. col. in prin.

n ¶ Per aliud iudicium. Uide Feli. in c. cauſam que. de teſtib.

o ¶ Probatio. Uide Alexan. plene in l. ij. ff. ſi quis cau. in verſicu. extra glo.

p ¶ Opponens. Uide Ang. de Are. in §. actionum. verſi. aduertas. Inſti. de actio.

* ¶ Deducere. Adde, vt per Roma. conſi. ccccxij.

* ¶ Compenſationis. Adde vt per Rom. conſi. lxxj.

* Promptu. Adde Pau. de Caſt. conſi. cccxx. pulchre Oldrad. cõſil. cvj. Abb. conſi. lv. lib. ij.

q Tho. D. ¶ Inſtrumentorum. Uide Angel. in l. admonendi. ff. de iureiurando.

r ¶ Cognitionem. Uide plene per Ale. in l. ſepe. ff. de re iudica.

1 ☞ Cauſa vilis, ⁊ vilium perſonarum de plano agitari debet iudice non ſedente pro tribunali, ⁊ ſine libello, ⁊ alijs ſolennitatibus.

2 Cauſe grauioris ponderis ſi agitari debent de plano, quomodo intelligatur.

3 Articulus vnius cauſe, qui ordinarie agitari debet quomodo poterit de plano agi.

Libellus poteſt produci coram iudice eo non ſedente, et etiam die feriata ob neceſſitatem hominum. Item qui habet terminũ ad procedendum coram iudice ſecus ſi ad probandum.

4 Articuli modici preiudicij, ita quod ſummariam cognitionem requirant licet opus ſit quod iudex aliquid faciat, poterunt de plano, ſcilicet iudice non ſedente, ⁊ tempore feriato ob hominũ neceſſitatem expediri, ſecus ſi alicui parti poſſunt eſſe magni preiudicij.

5 Cauſe que ſint ille in quibus non ſperatur ſententia, que poſſunt de plano ⁊ ſine cognitione expediri.

6 Tutoris datio ex inquiſitione, ⁊ bonorum poſſeſſio que tribuit ius licet in eis requiratur plena probatio, non tamen dicuntur cauſe ordinarie nec probatio ſit in forma iudicij.

a **De plano.** [a] Planum eſt oppoſitum alto. Item altũ dicitur ratione loci, vel ſtyli: dicimus enim quem vti alto ſtylo. Item de plano fieri oppoſitum eſt ei quod ſit velociter: quelibet iſtarum ſignificationum poteſt habere locum hic, vt ſtatim patebit. Uideamus ergo que cauſe debeant

1 agitari de plano, ⁊ quid importent. Et dico, † ſi quidem cauſa eſt vilis, vel de vili natura, vel vilium perſonarum, tunc hic agitur de plano: vt C. de ſenten. ex breuic. reci. authen. niſi breues. ⁊ ff. de offic. proconſul. ⁊ leg. l. nec quicquam. §. de plano. de accuſa. l. leuia. ⁊ tunc de plano importat idem quod iudice non ſedente pro tribunali, ⁊ ſic non in loco alto. Item quod non reſeruatur ſtylus aliorum iudiciorum, ſed ſine libello, vel alijs ſolennitatibus cognoſcamus veritatem: vt not. in dicto §. de plano. in gloſſ. ⁊ Gulielm. de Cug. in dicta l. leuia. ſecundum vnam

2 opinionem veram. Si vero eſt cauſa ponderis grauioris, † tunc regula eſt, quod cauſa debet agitari plene, ⁊ ſolenniter cognoſci, l. iudices. C. de iudi. Fallit in quibuſdam cauſis que agitantur de plano: vt ff. de queſtio. l. vnius facinoris. §. fina. ⁊ extra de iudi. capi. nouit. in fin. de accuſatio. cap. olim. ⁊ in his non intelligitur excluſus ordo iudiciarius: vt d. c. olim. ⁊ ibi not. per Innocen. Et ratio quia in cauſis magnis procedere, ita repentine, ſine ſolennitate, eſt ſtylus altus nimis. Solum enim reges, ⁊ Principes hoc faciunt. Sed procedere ordinarie, eſt in his de plano procedere, hoc eſt non frequenter, nec ſtylo alto. Uides ergo, quod ex diuerſitate cauſe ſtylus dicitur altus diuerſimode, ⁊ in his ſemper puto non erit neceſſe iudicem ſedere in

* alto tribunali, * ſed in camera poterit fieri, ⁊ hoc ſi de tota cau-

3 ſa agitanda de plano queratur. Si vero † queritur de articu-

b lo [b] vnius cauſe que debet agitari ordinarie, an articulus aliquis poterit agitari de plano, dic quod quedam facit quis in

c iudicio coram iudice, [c] vbi ſufficit preſentia iudicis, vt producere libellum coram iudice. ⁊ iſtud ſemper poteſt fieri de plano, hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali: ⁊ die feriata ob neceſſitatem hominum, l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulte. Item in appellatione que ſolum coram iudice interponitur: vt C. de ferijs.

d l. prima. Per hoc dico quod relationes [d] nunciorum, que fiunt iudici, poſſunt fieri de plano, ⁊ ſi aliquis habet terminum ad producendum aliquid coram iudice: quia de plano poterit fieri, per dictas leges. Secus ſi habuit terminum ad probandum, quia per hoc ſolum quod exhiberet coram iudice non fieret probatio, niſi parti detur copia, ⁊ terminus ad opponendum, ⁊ ſic quod productum eſt approbabitur, vel reprobabitur vt ex hoc

e ei imponeret fides vel non: vt C. de fide inſtrumen. l. ſi. [e] Que-

4 dam ſunt articuli, † in quibus opus eſt iudicem aliquid facere ⁊ tunc ſi quidem illud eſt modici preiudicij, ita quod ſummariam cognitionem requirat ſecundum quod dicitur de defenſo. ciui. l. iubemus. §. illud. ⁊ dixi in preced. gloſſ. ⁊ tunc poterit de plano examinari, hoc eſt, iudice non ſedente pro tribunali, die feriata ob neceſſitatem hominum. ff. de interroga. actio. l. volui. §. fina. Si vero illud poteſt eſſe ab aliqua parte magni preiudicij, tunc non debet agitari de plano, ſed plene cauſa cognita et iudice ſedente pro tribunali: vt C. de dila. l. a procedente. Et ſic dicta vera in cauſis, in quibus venit ferenda ſententia diffinitiua,

5 ſed contingit † aliquando, quod coram iudice agitantur quedam cauſe ex quibus non ſperatur ſententia, ſed aliquod decretum iudicis. Et in his dic, quod quandoque decretum tale interponitur in his que ſunt mere voluntarie iuriſdictionis et nulla alia cauſa requiritur, niſi partium voluntas, ⁊ iſta de plano interponitur, id eſt, iudice non ſedente pro tribunali: vt Inſtitu. de lib. §. ſerui. ⁊ ff. de manumiſ. vindi. l. non eſt omnino. Quedam ſunt, que requirunt cauſe cognitionem, ⁊ tunc ſi quidem eſt cognitio leuis ſeu ſummaria, vt in tutore, ſeu curatore, qui datur ſine inquiſitione, ⁊ iſta poſſunt ſimiliter agitari de plano: vt ff. de tut. l. qui habet. §. quolibet loco. ⁊ in bonorum poſſeſſione que non tribuit ius: vt ff. quis or. in bono. poſſeſ. ſer. l. ij. §. dies.

6 ⁊ de bonorum poſſeſſio. l. iij. §. ſi cauſa cognita. † Quedam ſunt que requirunt veram ⁊ plenam cauſe cognitionem: vt datio tutorum ex inquiſitione ⁊ bonorum poſſeſſ. que tribuit ius: que non poteſt fieri de plano, ſed iudice ſedente pro tribunali: vt ff. de confirm. tut. l. naturali. §. fin. de bonorum poſſeſ. l. iij. §. ſi cauſa cognita. ⁊ d. l. ij. §. dies. ff. quis ord. in bono. poſſeſſio. ſer. Sed

f aduerte, [f] quia in iſtis caſibus licet requiratur plena probatio, non tamen eſt cauſa ordinaria, imo non ſit probatio in forma iudicij, imo nulla parte arctata: vt not. d. §. ſi cauſa cognita. et dicto §. dies. ⁊ illo reſpectu poteſt dici non plenaria, per ea que dixi in precedenti gloſſa. ⁊ ſic patet quod ille leges, que debent de plano cognoſci, longe differunt ab his, que dicunt cauſam ſummarie agitari. vnde ex dicta l. tertia. §. ſi cauſa cognita. ⁊ dicta ij. §. dies. debuit Dy. ſumere regulas in materia ſummarie cognitionis: vt, dixi in preceden. gloſſ.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Plano. Si commiſſa eſt cauſa alicui quod cognoſcat de plano, idem eſt quod ſi ſimpliciter cognoſcenda committeretur: vide Ale. in l. cohered. §. coheres, in princ. ff. de vulg. ⁊ pupillari.

* ¶ Tribunali. Sequitur Rom. conſi. ccccxcviij. ⁊ Imo. in clem. ſepe. de verb. ſignifi. vbi omnia ſequitur nihil addens.

b ¶ Articulo. Uide Ale. in l. qui ante calendas. in ij. col. ff. de verbo oblig.

c ¶ Coram iudice. Uide Ale. in l. j. ff. de fer.

d ¶ Relationes nunciorum. Relationes nunciorum poſſunt fieri die feriato ob neceſſitatem hominum. Uide plene per Alex. in l.

in l.j.§.nunciatio.ff.de ope.noui nunciatio.⁊ in l.hec autem.§.
non defenditur.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.
e ¶L.fina.Uide Ale.in d l.fi.C.de fid.inſtr. in apoſt.Barto. et
Maria.Socin.in trac.de citatione.articu.xiij.in q.iij.quod rela⸗
tio nunq̄ poteſt fieri iudice non ſedente pro tribunali,⁊ Alexã.
in l.ſi finita.§.Julianus.ff.de dam.infec.
f ¶Sed aduerte.Not.quod ad inſtructionem,⁊ preſumptionem
informandam non ſeruatur ordo ⁊ figura iudicij.adde Bart.ĩ.
in ver.ſummarie,⁊ Bal.in l.iudices,C.de iudic.⁊ clarius Bald.
dicit in cap.j.§.ſi duo.poſt gloſſ.ibi de pa.iu.fir.quod poteſt iu⸗
dex informationem capere a teſtibus non iuratis,⁊ ſine ordine
iudiciario.Uide concor.de quibus per Franc.de Cur.in conſil.
xl.ſuper eo.in fi.ſue addi.

1 ☞Cauſa cognoſcenda ſine ſtrepitu intelligitur,i.ſine rumore.
2 Judex qui cognoſcit cauſam; ſine ſtrepitu,cogitur audire par⸗
tem volentem ſibi aliquid in occulto dicere.
3 Cauſa incognoſcenda; ſine ſtrepitu non datur dilatio ad que⸗
rendum aduocatos.

**Sine ſtrepitu.** Sic extra,de accuſa.capi.olim.⁊
de ſtatu monacho.capitu. ea q̄.
⁊ de here.capitu.fin.in princ lib.vj.⁊ de iudi.clemen. diſpẽdio⸗
1 ſam.⁊ de verborum ſignificat.capitu.ſepe.in clemen.Et de†ſtre⸗
pitu,quidam dicunt eſſe omnem ſolẽnitatem,que magis ſpectat
ad ordinem,quam ad inuentionem veritatis,quorum opin. re⸗
fert Innocen.in d.c.olim.de accuſatio.ſed non tenet eam bene.
Dic ergo,quod ſtrepitus idem eſt quod rumor ⁊;deſcendit a
ſtrepo ſtrepis,quod eſt idem quod rumorem facere,ſecundum
Hugu.Sicut autem per verbum de plano,remouetur altitudo
loci,⁊ ſtyli:vt dictum eſt,ita per hoc verbum,ſtrepitus,remoue
tur altitudo vocum ⁊ declamatio.ideo additur,q̃nque abſq; ad⸗
uocatorum,⁊ iudicorum ſtrepitu ⁊ figura: vt d.c.fina. in princip.
2 de hereti.lib.vj.Et per hoc†dico q̃d in cauſis,[a] in quibus de⸗
a bet p̃cedi ſine ſtrepitu,ſi pars diceret iudici quod approxima⸗
ret ſe ei q̃r volebat aliquid dicere in occulto,quod iudex debet
hoc facere,alias grauaret eum.Predicta tamen iura non habe⸗
rent locum in hac conſtitutione,quia hic dicitur,quod iudex po
teſt,non autem imponitur ei neceſſitas. In alijs autem cauſis
iudex non cogitur eum audire,niſi palam ante tribunal: vt de
3 epiſc.⁊ cleri.l.iubemus.in fi. ¶Item licet†detur dilatio parti
b ad querendum aduocatos,[b] vt ff.ex quib.cauſ.ma.l.ab hoſtibus,
in fi.⁊ l.ait pretor.tamen in caſu iſto non erit danda,quia ab ea
eſt remotus ſtrepitus aduocatorum,puto tamen quod hoc ver⸗
bum ad maiorẽ expreſſionẽ apponatur.Nam per hoc quod di⸗
cit de plano,ſatis poteſt intelligi reſpectu loci,ſtyli,⁊ vocis.

ADDITIONES.

a Tho.D.¶Dico quod in cauſis.Not.quod in cauſis,in qui⸗
bus proceditur ſine figura iudicij,iudex poteſt occulte loqui cũ
parte,⁊ ſic limita quod quamuis ſit iuſta cauſa ſuſpicionis,ſi iu
dex loquitur cum parte:vt in Specu.in titu.de diſpu.⁊ alleg.in
fi.⁊ doc.in c.accedens.el ij.vt lit.non conteſta.tamen limitatur
per doctri.Bart.hic,quam ſequitur Jaſ.in l.apertiſſimi.C.de iu
di.in xi.cau.quod not.
b ¶Aduocatos.Not.quod dicit Bartol.hic quod licet in cauſis
ſummarijs non debet dari dilatio ad inueniendum aduocatum,
tamen de hoc dicto valde dubito quod non ſit verum: quia ca⸗
rere aduocato eſt carere magna parte defenſionis,l.aduocati.
C.de aduo.diuer.iud.Fulg.in l.certi iuris.C.de iudi.facit glo.in
l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de edil.edi.⁊ tenet Jaſ.in l.fin.
ff.de fer.⁊ gl.in c.j.in princ.vt lit.non conteſt.facit l.laudabilem.
in princ.C.de aduo.diuer.iudi.Conſtat enim defenſionem eſſe
de iure naturali,cle.paſtoralis.de re iudic.capitu.ius naturale.
j.diſtinct.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.⁊ ibi Flor.ff.ad l.Aquil.
not.Doct.ff.⁊ C.⁊ Inſti.in rub.de exce.⁊ in rubri.extra eodem.
⁊ quamuis cauſa ſit ſummaria,non tamen auget dilationes,q̃d
tollitur neceſſaria:vt dicunt omnes in clementi.ſepe.de verbo⁊
ſignificati.⁊ ita pluries obtinui.⁊ obſeruatum vidi cõtra Bart.
⁊ adde que poſui in ij.lib.de preſtan.Doct.in viij.q.vbi ſunt plu
ra bona in materia,an,⁊ quando debeat dari dilatio ad queren
dum aduocatum.⁊ vide Jaſ.in l.fi.in fi.ff.de fer.⁊ dixi in addit.
in l.ait pretor.§.deinde.C.quib.ex cauſ.in integr.reſti.non eſt
neceſſ.

1 ☞Figura rei corporalis dicitur potens forma ipſius vel fa⸗
cies,qua rei ſubſtantia figuratur.
2 Rei incorporalis figura dicitur eius natura.
3 Judicij figura eſt,quod partes iudicij ſint facte ſecundum ordi⸗
nem debitum,⁊ debitam probationem,ſeu proportionem.
4 Cauſa incognoſcenda ſine figura iudicij tolluntur ſubſtantialia
a iure ciuili inducta,non a iure naturali.

5 Clauſula,ſine figura iudicij,non adſtringit iudicem ad formam
inductam de iure ciuili,ſed ad inductam de iure gentium,vel na
turali.
Clauſula,ſummarie,ſimpliciter,⁊ de plano,ſine ſtrepitu,⁊ figu⸗
ra iudicij,quid importet.
6 Citanda eſt pars in iudicio agitando ſine figura iudicij.
7 Perſonarum legitimatio requiritur.
8 Petitio requiritur licet non ſolennis,⁊ ſufficit,quod contineat
factum ⁊ in actis redigatur,nec concluſio requiritur,⁊ concluſio
inepta nõ vitiat proceſſum ⁊ ſufficit generalis dummodo reus
reddatur certus.
9 Exceptio rei iudic.vel finite,⁊ alie ad proceſſum impediendum
opponuntur.
Exceptiones magis litem differentes quam ſubſtantiam rei re⸗
ſpicientes iudex repellere poteſt.
10 Litis conteſt.non requiritur quando agitur ſine figura iudicij
Poſitiones,⁊ articuli habentur pro litis conteſtatione.
12 Dilationes dantur ad probandum licet breues,licet probatio⸗
nes facte ſine termino probent.
13 Teſtes iurant parte preſente.
14 Dicta teſtium debent concludere ſicut in ordinarijs.
15 Teſtes ⁊ eorum dicta publicantur.
16 Teſtes poſt didicita teſtificata non poſſunt produci.
17 Inſtrumentorum editio non petitur.
18 Concluſio in cauſa non repellitur.
19 Terminus ad allegandum neceſſario non datur.
20 Partes citantur ad audiendam ſententiam.
21 Sententia in cauſa que tractatur ſine figura iudicij,eſt ferenda
in ſcriptis de iure canonico,⁊ poteſt fieri iudice non ſedente:de
iure ciuili neceſſario non fertur in ſcriptis,dummodo in actis re
digatur.
22 Sententia lata in dominum,procuratore preſente in hoc caſu
tenet.
Judex precedente cauſe cognitione,abſque alia ſententia po⸗
teſt rem capere,⁊ illam diſtrahere.

a **Et figura.** [a]Figura†cuiuſlibet,eſt potens forma ip⸗
1 ſius,vel facies,in qua rei ſubſtantia fi⸗
guratur:vt ff.de actio.⁊ obli.l.non figura.⁊ ita dicit Joan.And.
in c.ſepe.extra de verborũ ſignificatio in clem.in glo.ſuper ver⸗
b bo,non exigat.quod eſt verum in figura rei corporalis.C.de edi.
diui Adri.tol.l.fi.⁊ ff.de verborum ſignific.l.quereret aliquis vbi
2 hoc melius probatur quam alibi.Rei vero incorporalis †figura
dicitur eius natura.Unde recte dicimus figuram actionis vni⸗
cam eſſe ipſius actionis naturam,vt C.de rei vxor.act.l.j.§.cum
autem in exactione.ibi,rudem figuram ex ſtipulatu.⁊c.Quedam
ſunt facta prout conſiderantur in fieri ſeu in actu faciendi,⁊ ipſo
rum figura eſt ipſe ordo faciendi.Unde in grammatica dicim⁹
figure ſimplicis,quia ſimpliciter profertur.Quia igitur actus
proferendi eſt ſimplex,ideo dicitur figure ſimplicis.hic autem
loquimur de figura iudicij.Et iudicium licet habeat multas ſi⸗
gnificationes,tamen hic accipitur pro actu examinationis,⁊
3 deciſionis cauſe.Figura†ergo iudicij eſt quod partes iudicis
ſint facte ſecundum ordinem debitum ⁊ debitam probationem,ſeu
proportionem,⁊ iſta figura iudicij accipit ſuum eſſe,⁊ ſuam ſub⸗
ſtantiam,quod patet,quia ſi ordo non ſeruaretur,iudicium eſſet
4 nullum,vt C.de ſenten.l.prolatam.Unde per hoc †quod dici⸗
tur,ſine figura,tolluntur ſubſtantialia iudiciorum vt ipſum ver
bum importat.vt not.Joannes Andr.in d.cap.ſepe.in glo.ſu⸗
per verbo,figura.Sed contra hoc oppo.quod.ſublatis ſubſtan
tialibus nullo modo erit iudicium,cum res non eſt perempta,
ſine eius ſubſtantia.l.obligationum ſubſtantia.ff.de actio.⁊ ob⸗
c ligatio.ſed hoc in veritate eſt iudicium,licet extraordinarium.
Solu.Tolluntur ſubſtantialia iudicij de iure ciuili introducta,
d non autem ea[d],que ſunt naturalia a iure naturali ſeu gentium
inducta naturali ratione,vt infra in multis oſtendam.Item ad⸗
uertendum,eſt,quod Joan.Andr.in d.clementi.ſepe in gloſſ.ſu
per verbo,non exigit.dicit quod iudex non adſtringitur hoc ca⸗
ſu ad aliquas formas,regulas,vel figuras iudiciorum.niſi in⸗
quantum in dicto capitulo exprimatur:⁊ illa expreſſa magis re
ſpiciunt figuram facti negotij,vel cauſe quam iudicij,ſecundum
eum.Tu.dic quod iudex†per hec verba releuatur ab omni for⸗
ma,⁊ figura iudicij inducta a iure ciuili ⁊ tenetur obſeruare om⸗
nem figuram,⁊ formam iudicij inducti de iure gentium,vel na⸗
turali ratione,⁊ de his loquitur vt plurimum illud,licet aliqua⸗
liter egeat declaratione,vt infra declarabo.Aduertendum eſt
quod dicit Joannes Andreas,q̃d ſi omnia dicta verba ſcilicet
ſummarie,ſimpliciter,⁊ de plano,ſine ſtrepitu,⁊ figura iudicij.
hic non proponerentur,non haberet locum q̃d dicitur in d.cle.
ſepe.vt ipſe ibi notat in gloſſ.ſuper verbo figura.quod verum

eſt,ſi a primis incipias,⁊ iſtud vltimum omittas.Sed ſi propo-
neretur iſtud vltimum,ſcilicet,ſine figura iudicij,licet omnia ver
ba premiſſa eſſent omiſſa, idem importaret, cum omnia ſubſtan-
tialia eſſent ſublata. Quod igitur de ſignificatione huius verbi
dicam, intellige idem ſi omnia coniungerentur. Quid ergo hec
verba important, per ſingulas partes iudicij proſequamur la-
6 tius quam in d.c.ſepe.declaretur. Quero igitur vtrum ſit † ne-
e ceſſe quod pars citetur? Reſpon.ſic e.vt in hac lege innuitur.
¶ Item quia hoc eſt de iure naturali. nam primum hominem
delinquentem citauit Deus dicens. Adam vbi es? Hoc etiam
probatur extra de re iudi. c.paſtoralis,in clemen. vbi ſententia
domini Imperatoris Henrici qui fecit hanc legem, et poſtea
condemnauit Regem Robertum Regem Hieruſalem ⁊ Si-
* cilie,caſſa fuit ex eo quod citatio * non fuit facta legitime: pro-
7 batur in dicto c.ſepe. Item an eſt neceſſe † quod perſone f legi-
f timentur? Reſpon.ſic, vt hac conſtitutione ibi, vel alias legiti-
me,⁊c. alias ſequeretur abſurdum,ſcilicet, quod aliter non ha-
bens mandatum a me poſſit mihi preiudicare,quod repugnat
iuri naturali:vt C.de inoffic.teſtam.l.ſi quis in ſuo.⁊ ff.de regu-
lis iuris.l.factum cuique ſuum.⁊ extra de regulis iuris.capi.non
8 debet aliquis.libro ſexto.⁊ hoc tangitur in d.c.ſepe.† Item an
requiratur petitio? Reſpon.in caſu huius l. oportet quod pre-
cedat accuſatio,inquiſitio,vel denunciatio,vt dictum eſt,alias v-
bi cauſa deberet agi ſine figura iudicij, vt dicitur in dicta cle-
* men.ſepe. nec eſt neceſſe quod libellus detur in ſcriptis, * ſed
g iuxta petitionis formam pronunciatio g ſequi debet pro parte
agentis vel rei ſi quid petere voluerit. ⁊ in ipſo litis exordio
facienda eſt petitio ſiue in ſcriptis,ſiue verbo, in actis tamē in-
ſerēda,vt ibi dicitur,⁊ iuſtum eſt,quia naturale eſt, quod agens
petitionem ſuam proponat. Nam coram Salomone mulier ita
dixit. Filius meus viuit filius iſtius mulieris mortuus eſt, vt
not.C.de ſenten.ex breuicu.recitand.l.ij.⁊ extra de preſum.c.af-
ferte mihi.⁊ habetur in tertio libro Regum.tertio capitulo, v-
h bi illa petitio latius,⁊ aduertendum h quod illa petitio continet
ſolum facti narrationem,non concluſionem. Ex quo infero quod
licet illa petitio non habeat omnia ſolennia que de iure requi-
runtur:vt not.ff.de edendo.l.prima, in princip, tamen ſufficit,ſi
eſt generalis:vt eſt argumen.C.de annal.except.l. fina. in princ.
Item ſi concluſio non eſt legitime facta. l. prima.§. primo.ff. ſi
men.fal.mod.dixer.vel ſi non petat eum condemnari, ſed petit
i eum cogi, i quod fieri non debet:vt C.de execu.rei iudica.l.j. ta-
men in hoc caſu quando ſine figura iudicij proceditur, valebit
k iudicium. Si enim procedit vbi ſola facti narratio k eſt abſque
* conditione nulla,multo magis ſi concluſio non erit bene facta *
ſi tamen ex narratione poſſit cōprehendi quid actor velit,argu.
C.de rei vxor.act.l.j.§.j.⁊ hoc eſt quod volunt dicere verba dicti.c.
ſepe.dum dicit,iuxta petitionis formam,⁊c.q.d.licet non pro-
nuncietur reo quod eſt petitum,ſufficit ſi pronuncietur iuxta id
quod eſt petitum. Aliud eſt enim iuxta petitum, ⁊ aliud petitū
iudicare,ff.iudicatum ſol.l.iam tamen. §. in hac.verſic. quid ta-
men. ſemper tamen intellige quod non ſit tanta incertitudo quod
9 auferat defenſionem reo:vt j.dicam.† Item an poterit opponi
exceptio rei iudicate vel finite ad impediendum proceſſum? Re
ſpon. ſic, quia de iure naturali eſt ne bis iudicetur in idipſum.
exceptiones vero que magis differunt, et fruſtrantur cauſe ve-
ritatem, quam ipſam reſpiciant, poteſt iudex repellere d. c. ſe-
pe.Ille enim de iure naturali non ſunt imo cōtrariantur. ¶ Itē
l an procedi poſſit tēpore feriato? in d.c. l dicitur quod ſic,ſi ſunt
ferie inducte ob neceſſitatem hominum, ſecus ſi ob honorem
Dei. Ratio,quia de iure naturali ſunt ferie inducte in honorem
* Dei,precepit enim Deus coli ſabbata,⁊ quaſdam feſtiuitates *.
10 ¶ Item an ſit conteſtanda lis? Reſpon.† non: Nam dicitur ibi,
litis conteſta non poſtulet. Ratio, quia eſt ſolennitas iuris ci-
m uilis,eo tamen caſu,quo merita cauſarum m tractari incipiunt,
vt quia legitimatis perſonis proponuntur exceptiones, vel
fiunt poſitiones et articuli habent vim litis conteſtationis ad
faciendum de procuratore dominum litis. Item quo ad certos
effectus conteſt.litis:vt C de procuratorib.l.nulla.ibi.poſt cau-
ſam in iudicio agitatam.⁊ ibi.poſt inchoatam cauſam non dicit,
lite conteſtata.ſufficit ergo quod quocūque modo cauſa incipiat
11 agitari,hoc not.in l.nihil.C.de procuratoribus. Item † an de ca-
lumnia ſit iurandum in dicto capitu.dicitur,quod ſic,ne veritas
occultetur. In contrarium facit,quia hec ſolennitas videtur in-
ducta a iure ciuili:vt C.de iuramen.calum.l.ij.ſed dic primum
verum, quod iuramentum defertur in tota cauſa etiam de iu-
re naturali ⁊ diuino, hoc eſt tempore Moyſi inductum eſt, vt
propter incredulitatem aliquis deberet iurare: vt extra de iu-
reiuran.capitu.et ſi Chriſtus.et Exodi capitu.xxij. ſi igitur iu-
retur ſuper quolibet articulo,vt fiebat olim:vt C.de iureiuran.
l.ſecunda.ſatis putarem ſufficere,maxime cum tale iuramentum
poſſit omitti:vt dicta l.ij. §. ſed quia veremur. Item an debeant
12 † dari dilationes? Videtur quod ſic. Nam in dicto c.ſepe. dici-
n tur amputandam dilationis materiam, ⁊ litem quantum pote-
rit faciat breuiorem,non tamen ſic litem iudex abbreuiet, quin
probationes vere, ⁊ defenſiones legitime admittantur. Et ita
dicitur ibi: quod iuri naturali,⁊ rationi congruit:cum enim pro-
bationes ſunt faciende, oportet quod fiant in termino,⁊ poſito
quod valeant ſi fiant ſine dilatione.l.vnius. in §.cognituram.ff.
de queſtione ⁊ ff.de adul.l. in crimine. ⁊ ibi dixi. tamen equum
eſt dilationem certam dari cauſa breuiande litis, ⁊ quod dicit
* quod non ſunt nimis breues *, congruit naturali equitati, nā
aufert parti actoris ius ſuum,reo vero aufertur defenſio,que ex
cauſa naturali eſt l.vt vim.ff.de iuſt.⁊ iur.⁊ eſt expreſſum in cle
men.paſtoralis.de re iudicata.Sed ad quid dabitur iſta dilatio
in dicta decretali dicitur quod primo datur terminus ad facien
dum poſitiones ⁊ articulos ſimul, poſtea vero detur terminus
ad producendum omnia que partes voluerunt.Sed certe illud
eſt expreſſe ſtatutum illius decretalis, que vult in hoc ſeruari
vſum,hoc tamen non eſt de iure naturali,nec ciuili,cum ſufficiat
dari in cauſa ad probandum vnam dilationem: vt ff.de ferijs.l.
finali. Unde in hoc in foro ciuili non eſt ſeruanda illa decreta-
13 lis. † Item an in dictis cauſis in quibus proceditur ſine figura
* iudicij,teſtes debeant iurare *, hoc enim non reperitur de iu-
re Digeſtorum,niſi in l.Theopompus.ff.de dote preleg.ſed vi-
detur mera conſtitutio Imperatoris: vt C.de teſtib. l. iuriſiu-
randi. puto tamen quod iurare debeant per ea que dicta ſunt
de iuramento calumnie Sed an preſente parte:puto quod ſic.
aliter auferrentur eis defenſiones, quod repugnat naturali e-
14 quitati vt dictum eſt.Circa † vero dicta teſtium puto, quod de-
o beant eſſe talia,que concludant o, ſicut in cauſis ordinarijs, ar-
gumento eius quod dicitur in Daniele de Suſanna,⁊ quod no.
15 C.de teſtib.l.teſtium. Sed an requiretur publicatio † teſtium?
Gloſſ.in l.ſi quando. C.de teſtib. dicit quod per Danie. indu-
p ctum eſt quod examinatio p fiat ſecrete vt legitur in libro Da-
nie.xiij.capitulo. hoc eſt igitur de iure naturali,ſeu diuino. Ex
hoc ſequitur, quod debeat publicatio fieri, alias auferretur parti
ius defenſionis.Si enim non publicarentur non poſſent impu-
gnari teſtes, ⁊ eorum dicta ſed auferre defenſionem, repugnat
16 iuri naturali vt dictum eſt. Sed an † in cauſa poſt dicta teſti-
ficata poſſint teſtes produci? Reſpondeo,non:cum ſit prohibi-
q tum propter timorem ſubornationis q ⁊ ſic ex quadam natura-
li equitate que eſt,ne alter alteri inſidietur:vt ff. de iuſti. ⁊ iure.
l.vt vim.hoc eſt introductū.⁊ poſitū inter alia ciuilia precepta.
17 ¶ Item an in hac † cauſa poterit petere quis vt ſibi edantur
r inſtrumenta r? Reſpondeo,quod non,quia hoc non eſt prohi-
bitum non ſolum de iure ciuili, ſed etiam in naturali equitate:
vt C. de edendo. l.qui accuſare.vbi hoc prohibetur expreſſe.
18 † Item an requiratur concluſio * in cauſa? Reſpon.non,d.capi.
* ſepe. dicitur.hec eſt enim ſolennitas mere ciuilis: ſtatim enim
cum liquet iudici de cauſa,ſine aliqua alia concluſione poteſt ſen-
tentiare de iure naturali,vt patet in illa ſententia lata per Sa-
19 lomonem.iij.Regum capi.j.⁊ eodem exemplo puto s quod non
s ſit neceſſaria datio termini ad allegandum. Facit quod dixi
20 precedenti gloſ. Item † an debeant partes citari ad audiendum
ſententiam in dicto c.ſepe.dicitur quod ſic,quod intelligitur
j.dicam in gloſſ.ſuper verb. ſuper dicto crimine. Item an
21 † caſu cum proceditur ſine figura iudicij, requirantur ille ſolen-
nitates, que a iure poſite ſunt circa ſententiam? Reſpondeo
t non eſt neceſſe quod feratur iudice ſedente pro tribunali, vt in
c.ſepe.dicitur, hec enim eſt ſolennitas ciuilis,ſed debet ferri in
ſcriptis: vt ibidem dicitur. Certe hoc quod feratur in ſcriptis
eſt ſolennitas ciuilis que eſt de eſſe ſententie quod ſit delibera-
ta,⁊ non ſubita.l.ij.C.de ſenten.ex breuicu.recitan.ideo dicta de-
v cretalis ſtatuit quod feratur in ſcriptis. In foro autem v ciuili
non arbitror illud neceſſe iſto caſu:vt patet in predicto exemplo
Salomonis, ⁊ in dicto capitu.ſepe.in gloſſ.dicitur quod de iure
antiquo non eſt neceſſe ſententiam proferri in ſcriptis: ſed in
ſcriptis redigatur:vt poſſit probari:vt dictum eſt de petitione,
x nam ſoli aſſertioni iudicis non creditur,niſi ſit Papa x vel Im-
perator:vt extra de probatio.cap. quoniam contra falſam, ⁊ eo-
22 dem tit.cap.j.in Clementi. Sed ſi in ſententiando † non ſerua-
y retur forma leg.j. y C de ſenten.⁊ interlocu.om.iudic.valeret: vt
ſi procurator eſſet preſens,⁊ cōdemnaretur dominus. quia hec
ſolennitas eſt iuris ciuilis,non naturalis,ſeu gentium quod pa-
tet, quia licet alteri abſenti quis nō poſſet ſtipulari de iure ciuili,
tamen alteri oritur obligatio naturalis:vt ff.de verb.oblig.l.ſti-
pulatio iſta.§.alteri.⁊ ibi no. Et idē puto ſi iudex ferret ſenten-
tiam in abſentem non citatum, valeret hoc caſu eadem ratione
23 alias ſecus.l.furioſo.ff.de re iudicata. ⁊ ibi no.in gl. Idem puto
ſi precedente cognitione que requiritur ſecundum ea que dicta
ſunt,

ſunt, ſi iudex nulla alia data ſententia iuberet res capi, ⁊ diſtrahi
pro debito valeret. licet enim magis illa ſit natura executionis
quam condemnationis: ⁊ hic non valeret alias vt. C. de execu.
a rei iudic. l. j. tamen hoc caſu valeret exemplo dicte ſententie
Salomonis: illa vero fuit natura executionis. hoc etiam patet
b quia talia ante ius ciuile manu regis expediebantur, vt ff. de ori
gine iuris. l. ij. ⁊c.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Et figura. An legatus de latere, an domini tempora-
les poſſint committere cauſas ſummarie, ⁊ ſine figura iudicij, vi
de Iaſ. in l. nemo poteſt. de lega. j. ⁊ Cardina. Alexād. in capit.
paſtoralis. de appella. ⁊ Felyn. in capit. que in eccleſiarum. de
conſtitutionibus.
b ¶ In figura rei. Vide Alexan. in conſil. xlv. in vj. volu.
¶ Extraordinarius. Per verba ſine ſtrepitu, ⁊ figura iudicij, vi
c detur remiſſa omnis ſolennitas iuris ciuilis, ⁊ ſic remanēt que
ſunt de iure gentium, vel naturali. Vide Bar. in l. ſi filius. ff. de
donat. ⁊ in l. filius. ff. de milita. teſtamen. ⁊ Bal. in l. iudices. C. de
iudi. ⁊ in l. j. ⁊ l. theſaurus. ff. ad exhibē. ⁊ in l. ſi. in princ. C. de iure
deliberand. ⁊ Ioan. de Anania in conſi. lv. quia dubia. ⁊ Frāciſ.
de Aretio in conſi. lxxxiij. diligenter ponderatis. vide Lud. Ro-
man. in conſi. xx. viſo puncto.
¶ Non autem ea. Vide Rochum in capit. ſi. de conſuetudi.
d ¶ Reſpondeo ſic. Vide Alexād. in l. ſi ſic. de lega. j. ⁊ in cōſilio
e cxviij. in ſecundo volu. incipien. viſis.
B. L. ¶ Citatio. Etiam ſi in ſcriptis dicatur, procedat, vt vo-
* luerit, non poteſt tolli citatio, vt voluit Roman. conſil. cxlvij. ⁊
ſi papa ſcribat alicui, vt ſe informet de aliquibus cauſis, etſi no
uerit vera eſſe, quod talem amoueat ſummarie, ſimpliciter, ⁊c. de-
bet citatio procedere, Calderi. conſi. iiij. tit. de dilat.
T. D. ¶ Quod perſone. Adde Bar. in l. ij. C. de edi. diui Adri.
f toll. ⁊ vide de veritate Iaſ. ibi apoſtil. ibidem Andre. Sicu. in l.
quamuis. in fin. ⁊ Alexan. in l. iudices. C. de iudi. ⁊ in d. l. ij. in ſi.
⁊ in conſi. lxxvij. in fin. viſo proceſſu.
¶ Scriptis. Debet tamen petitio redigi in ſcriptis ſecundum
* gloſ. ibi. ⁊ ſequitur Alexan. in conſilijs.
L. D. ¶ Pronunciatio ſequi. Vide Iaſ. in l. prima. C. de eden. ⁊
g ponas hic.
¶ Aduertendū. Not. quod ſufficit in iſtis caſibus qualiſqualis
h petitio: ⁊ ſufficit etiam libellus, vel petitio generalis. de qua
vide Alexan. in l. filio. ff. de libe. ⁊ poſthum. ⁊ eundem in cōſi. lx.
in ſexto volu. ⁊ Deci. in l. edita. nume. 5. C. de edē. cum l. qui accu
ſare. in fin. eod. titu. Et pondera quod Bartol. hic vult quod etiā
ſi opponeretur a parte in huiuſmodi cauſis ſummarijs etiā par
te opponente procedit libellus generalis, alias ſi pars non op
ponit, procedit libell' incertus, ⁊ obſcurus in omnibus cauſis.
l. fina. C. de annal. exceptio. Iſtam deciſo. Bar. referunt. ⁊ ſequū-
tur, quam aliter nō declarant Ioan. de Ligna. Pet. de Anch.
⁊ Ioan. de Imo. in clemēt. ſepe. de verbor. ſignific. ⁊ hoc dictū
multum commendat ⁊ ſequitur Alexan. in conſi. clxxxij. in ij. vo
lu. incip. in cauſa ⁊ lite. ⁊ in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff.
de verb. oblig. ⁊ ſequitur Iaſ. plene in l. vinum. ff. ſi certum peta
tur. quicquid conſuluerit Alexand. ⁊ male in conſi. xxxij. incip. in
cauſa executionis. qui vult, quod iſtud dictum Barto. procedat
parte non opponente, ſed ſi pars opponeret non procederet li
bellus. tamen eſt ſibijpſi contrarius in cōſilijs ⁊ clement. ⁊ opi.
eſt verior. ⁊ vide Alexand. in l. ſi cum nulla. ff. de re iudic. ⁊ Iaſ.
i in l. j. ff. de eden. vbi videas omnino, ⁊c.
¶ Cogi. Vide Alexand. in l. moribus. §. primo. ff. de vulgar.
k ¶ Facti narratio. Vide Felyn. in capitul. qualiter ⁊ quando. de
accuſa.
* ¶ Facta. Ideo dicit Roma. conſil. cccclxxvij. quod vbi alias actus
poteſt expediri ſine citatione, ſi fiat citatio minus legitime, non
habet vitiare.
l Th. D. ¶ In d. c. Vide ibi gl. in verb. ob neceſſitatem. §. j.
* ¶ Feſtiuitates. Ideo dicit Bal. conſil. ccxvij. iiij. lib. quod ſtāte ſta
tuto, quod iudex procedat ſummarie, ⁊ de facto, quod die feſto nō pote
rit quem capere.
m ¶ Merita cauſarum. Vide Alexād. in l. ab executore. §. ſi. ff. de
appellatio. in addit. Barto. ⁊ conſi. clxxxj. in ſexto volum. Adde
Roman. conſil. lxxiiij. ⁊ ccxx.
n ¶ Dilationes. Vide Felyn. in cap. licet cauſam. de probationib.
⁊ hic ponas ⁊ Iaſ. in l. final. ff. de ferijs. ⁊ Alexā. in conſi. clxxxj.
in vj. volum.
* ¶ Breues. Tūc alia debet repeti. ſi pars propter hoc ledatur
vt voluit Roma. conſi. cccclxxvij. ſ. ſepius allega.
* ¶ Iurare. Roma. conſ. xx. voluit quod ſi ſtat iura dicat. quod pro
cedatur ſummarie, ſimpliciter, ⁊ de plano ſola facti veritate in
ſpecta, quod dictum teſtis valeat abſque iuramēto maxime per
ea, que voluit Bar. in l. ſi filius. de donat. tamen pro Bar. facit
quod alibi reuert. Fel ſcilicet, quod Auguſti. de Ancona in lib.
de poteſta. Pape dicit quod Papa nō poteſt facere, vt dictum
teſtis valeat abſque iuramento. quia illud eſt de iure diuino: cū
Laban iurauit Iacob.
o ¶ Concludant. Vide Alexand. in conſi. ccix. in ſexto vo. in fine
numero. 23.
p ¶ Examinatio. Vide Felyn. in cap. veniens. de teſtib. ⁊ Frāciſ.
de Areti. capitu. fraterni. eodem titul. ⁊ Felyn. in capitul. cum
I. ⁊ A. de ſenten. ⁊ re iudica. ⁊ dixi in additio.
q ¶ Subornationis. Vide Alex. in conſi. lxxxiij. in iiij. vol.
r Inſtrumenta. Vide Iaſ. in l. 4. C. de eden.
* Concluſio. Vide Roma. conſilio xx. ⁊ quod voluit late in alle-
ga. clxxv.
s ¶ Eodem exemplo. Adde etiam in materia quod in huiuſmo-
di caſibus, vbi non requiritur libellus, citatio cum tenore com-
miſſionis, ⁊ reſcripti habet vim libelli, ⁊ ita in cauſis beneficia-
libus. vide Iaſonem in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voca-
tus non ierit.
t ¶ Sedente pro tribunali. Vide Iaſ. ⁊ que ibi ſcripſi in l. ſi. de iu
ſti. ⁊ iure.
v ¶ In foro autem. Vide Cardi. Alexand. in c. paſtoralis. de ap-
pellatio. ⁊ Alexandr. in l. prima. §. ſufficit. ff. de adminiſtra. tuto.
poſt Bar.
x ¶ Papa. Vide Felyn. in ca. cum non liceat. de preſcrip.
y ¶ L. j. No. limitationem ad l. 3. C. de ſenten. ⁊ interlocu. om. iudi.
⁊ vide Lud. Roma. in ſingu. xx. incip. quod lex. j.
z ¶ Re iudi. Et ibi vide Alex. de hoc dicto Bar. hic plene ⁊ po
nas dic. ⁊ vide Alex. in conſi. cxiij. in vj. vol.
a ¶ Valeret. Alias vide Felyn. in capitu. in literis. in iiij. nota.
de teſtamen.
b ¶ Manu regia. Vide Anto. Cor. in tract. de poteſtate regia. in
lxxviij. queſtio. ⁊ Felyn. in ca. cum nō liceat, de preſcript. ⁊ vult
dicere text. niſi ſit Papa vel rex. ⁊ Alexand. in l. patre furioſo.
ff. de re iudic.

1 ☞ Iudex qui habet procedere, prout ſibi videbitur, vna via ele
cta poteſt ad aliam redire.
2 Dictio, prout, quando ſimilitudinarie, quando limitatiue, quan
do caſualiter, ⁊ quando conditionaliter ponatur.

s **Prout.** [a] Poſuit plures modos procedēdi, ⁊ plures for
mas, ⁊ in his dedit iudici poteſtatem eligendi a
liquam predictarum vel ordinarie procedendi, ſi ſibi videbitur.
Sed huic obſtat dictum capitulum, ſepe. vbi dicitur, quod iudex
non poteſt ordinarie procedere, niſi de partium conſenſu. Solu
tio: ibi cum ſit cognoſcenda committitur, ſcilicet ſine figura iudi
cij: hic vero fuit dictum, vt poſſit procedere hoc modo, ⁊ ſic non
fuit poſitum ſub neceſſitate: lege non quicquid. ff. de iudicijs,
1 ⁊ C. quomodo. ⁊ quando iudex, lege prima. Sed dices tu, † ad
quid ergo fuit appoſitum prout illi iudici videbitur expedire, ⁊c
Reſpondeo ſecundum hoc potuit eligere quam viam volebat:
* ſed vna electa, dubium eſt, an poſſit ad aliam poſtea redire *,
ſicut dicimus de eo, qui aſſumptus eſt vt arbitrator, vt notatur
in Specul. in titulo de arbitris. §. ſequitur. verſiculo, quid ſi
compromiſſum eſt in aliquem tanquam. ⁊ dixi ff. de furtis. l. ſi
dominium quod dubium hic tollitur: Poteſt enim ex hoc pro
cedere modis predictis, prout ſibi videbitur, hoc eſt de illo tem
pore, ⁊ illa qualitate, ſeu ſpecie procedendi, qua ſibi videbitur.
2 † Ad cuius intelligentiam ſciendum eſt de ſignificatione huius
* verbi, prout *. Quandoque enim aliquid adijcitur per hanc di
ctionem, prout, quod eſt diuerſum ab eo quod primo erat, ⁊
tunc ponetur ſimilitudinarie, vt ff. de ſolutionibus. l. prout quiſ
que. Similitudo enim eſt circa diuerſa, vt not. ff. depoſi. l. quod
Nerua. Quandoque reſpicit idem. ⁊ tunc ſi per hanc dictionem
adijcitur aliquid preteritum, ⁊ de illo conſtat, tunc intelligitur
limitatiue, vt C. de eden. l. edita. ibi, prout edicti perpetui mo-
net authoritas. Si vero de illo preterito non conſtat, tunc in
dubio intelligitur poni caſualiter: vt ſic, concedo tibi, vt
poſſis colligere vectigalia tante quantitatis, prout eſt hacte-
nus conſuetum, id eſt, quia ſic conſuetum eſt, vt extra de ver-
borum ſignificatione, capitulo, abbate ſancti Syluani. licet ibi
loquatur de dictione ſecūdum, vel iuxta: ſed eadem eſt ratio. Sic
loquitur quod no. per Cyn. C. de contrah. ⁊ commit. ſtipula. l. ſe-
cundum reſponſum. ſed hoc in legibus, priuilegijs, ⁊ contracti-
b bus: quia illa fiunt animo aliquid diſponendi. Item in ſententijs
c que cauſa cognita, proferuntur: ſecus in confirmatione c que
fieret ſine cauſe cognitione. ⁊ tūc intelligitur cōditionaliter, vt

extra de confirm. vtili vel inutili.c.ij.⁊ qđ ibi no.⁊ extra de ele-
ction cap.quoniam Abbas. Si vero per hanc dictionem,prout,
adijciatur aliquid de futuro,⁊ tũc punitur limitatiue, d.l.edita.
prout ibi dicitur vel ius reddentis decernit equitas. Nã illa li-
centia mutandi,⁊ emendandi limitatur ſecundum modũ de pre
terito,ſcilicet prout edicti monet authoritas, ⁊ ſecundum aliud
de futuro,ſcilicet,prout ius reddẽtis decernit equitas. Iſtud re
ſpicit omne tempus futurum ⁊ iſta limitatio eſt circa tempus,⁊
qualitatẽ,vt no.gl.i d.l.edita.⁊.ſic iudex hic omni tpe,quo vult,
poteſt procedere cũ figura iudicij,⁊ ſine,⁊ ſic poteſt eligere vnã
viã,⁊ poſtea aliã. Item ex eo quod dixi,qđ ſolum in tempore,⁊
qualitatẽ fecit limitationem.⁊ ſic nõ in ſubſtantia diſpoſitionis
apparet quod ſi illa qualitas vel tempus non limitaretur nõ vi
tiaretur diſpoſitio. Exemplum non poteſt de hac lege poni:q:,
iudice procedente,apparet qualiter ſibi videtur procedendum.
Pone ergo qđ Titius legauit mihi centum,prout per eum de
clarabitur. Certe ipſo nõ declarante valebit.ff.de heredib.inſti
tuen.l.ij.⁊ l.cum pater.§.fina.de leg.ij.C.de inſti.⁊ ſubſti.l.pen.

ADDITIONES.

a ¶ Prout. Vide Alexã.in conſi.iiij.in i.volu.viſis actis.⁊ in cõ-
ſilio.iij.in ij.vol.incip.cauſa,⁊ lite vertente.⁊ Ludo.Roman.in
cõſil.cccxxvi.circa propoſitam.⁊ Felyn.in capit.q.de reſcri. vbi
ple.⁊ Bald.in repeti.l.edita.in lectu. Paduana. C.de edend.⁊
nota quia vidi in facto.⁊ allegat in cauſa domi. Joan. Fran.de
Lo.contra Jacob.de Bulicombus coram reuerendiſſimo Do-
mino Epiſcopo Cremonẽ.cui cauſa erat commiſſa,prout de iu-
reque verba,prout de iure,intelliguntur ſi de iure,quia in reſcri
ptis,ponuntur conditionaliter per Felynum vbi ſupra,⁊ ſequi
tur Bart. hic quando dicit de confirmatione,q̃ue fit ſine cauſe
cognitione,⁊ do. Joannes Franciſcus Muſetus neſciuit reſpõ
dere.⁊ vide Jaſo.in d.l.edita.⁊ do.de Rota in deciſione xxxiiij.
in antiquis,incipien.ſi in libello. Joã.de Imo.in l.is qui reus.
ff.de publicis iud.⁊ vide Alexand.in l.ſi teſtamentum.in princ.
C.de inſtitut.⁊ ſubſtitut. ¶ Thom. Dip. Pro concor. Aduerte
quod Bartol. allegatur contrarius in hoc verbo, prout. Sed
pro ſolutione vide concord. quam poſui in l.ſocietatem.§.arbi-
trorum. ff. pro ſocio.vbi allegaui contrarium tenere eius quod
hic dicit in verbo,prout.
* Redire. Vide Roma.conſil.ccxxxij.
* ¶ Verbi, Prout. Vide alexand.conſil.xlvij.lib.j. Angel.conſi.
xi Roman.ccclx.
b ¶ Et contractibus. Vide Felyn.in capitu.ex parte.de reſcrip.
Thom.
c ¶ Confirmatione. Vide Franciſc.de Curte in l.ſcire debemus.
ff.de verb.oblig.⁊ Alexand.in conſil lxxxj.in ſexto volu. Tho.

## Juriſdictioni Preeſt. Id eſt iudici.

1 Verbum videbitur,importat arbitrium boni viri.
2 Libera voluntas,⁊ arbitrium boni viri differunt.
Voluntas coacta,voluntas eſt.
3 Verbum volo,importat liberam voluntatem,verbum libet,itẽ
verbum plenum ſeu liberum arbitrium.
4 Verbum iudicio tuo importat arbitrium boni viri.
5 Facultate contrahendi commiſſa per verba importantia arbi-
trium boni viri, tunc arbitratur ſuo arbitrio regulato ratione,
prout bonus vir.
6 Contrahendi qui habet facultatem per verba ſignificantia libe
ram voluntatem,omnia poteſt preter quod donare non poteſt,
⁊ dolus debet abeſſe.
7 Facultas largiendi data per verba ſignificantia arbitrium bo-
ni viri,quid importet ⁊ quid quando datur per verba liberã vo
luntatem denotantia.
8 Facultate data iudicandi,per verba denotantia arbitrium boni
viri tunc debet ſeruare regulas iuris ciuilis.
9 Cauſa commiſſa ſine figura iudicij intelligitur,ac ſi commiſſa fo-
ret per verba liberam voluntatem denotantia.
10 Poteſtas habens liberum arbitrium non poteſt facere iniuſti-
tiam parti ſed ſolennitatem iuris ciuilis omittere poteſt.
11 Clauſula,arbitratus fuerit,⁊ voluerit,importat arbitrium boni
viri.
12 Statutum dicens quod de facto procedatur,intelligitur manu
regia ⁊ ſolennitates iuris ciuilis tolluntur.
13 Iudex procedens ſine figura iudicij nõ poteſt reijcere exceptio-
nem preſcriptionis.

a b **Videbitur** [a] Hoc verbum,videbitur, denotat arbi-
trium [b] boni viri.ff.de verborum obliga
1 tionib.l.continuus.§.cum ita.† ⁊ de fideicommiſſ.liber.l.fideicõ-
miſſaria libertas. Et ita poteſt quilibet dictorum modorum eſſe
c iuſtus,⁊ approbatus ⁊ poteſt iudex eligere quem modum vult.
Puto etiã hoc caſu quod ſi hec conſtitutio diceret,prout iudex
voluerit, quod nec plus nec minus poſſet. Et pro hac declara-
2 tione videamus differentiã † inter liberam voluntatem ⁊ arbi-
trium boni viri cum etiam voluntatẽ inducat.⁊ quidem de eſſe
voluntatis eſt,quod ſit libera, nec poſſit cogi neceſſitate preci-
ſa,vt C.de hered.inſtit.l.cum proponas. Sed cogitur quadam
neceſſitate cõſequentie.vt ſi quis vult fugere tormẽta.hoc vult
libere,⁊ põt nolle,ſed ſi hoc voluerit in conſequentiã vult illud,
ſine quo tormenta effugere non poteſt,⁊ iſta eſt neceſſitas con-
ſequentie. Nam dicitur vere,coacta voluntas,voluntas eſt,vt ff.
quod metus cauſa.l.ſi mulier.§.quod ſi metu. Volũtas enim eſt
quod libere vult antecedens, ⁊ ex iſta deducitur ad volendum
conſequens. Item ſciendum eſt,quod ſecundum Theologos,⁊
Philoſophos quod voluntas nunquam appetit niſi bonũ exi-
ſtens vel apparens,⁊ licet quandoque velit aliquid quod agno
ſcit eſſe malum illud vult ſub ratione alicuius boni delectabilis
apparentis ipſi voluntati. In propoſito voluntas alicuius po
teſt conſiderari reſpectu eius quod ipſe vult tanquã delectabi-
le ratione regulata, vel non,⁊ illa dicitur voluntas libera,alio
modo prout ipſe vult recta, ⁊ regulata ratione, ⁊ illud dicitur
arbitriũ boni viri,q: bonus vir hoc arbitraretur,vt ff.iudic.ſol.
3 l.vir bonus,⁊ ff.pro ſocio.l.ſocietatem.§.arbitrorũ.⁊ verba† que
importãt liberam voluntatem ſicut verbum volo,vt lege,cum
quidam,de legatis ſecundo, ⁊ d.l. fideicommiſſaria libertas.de
d fideicommiſſa.libert. Item verbum libet,[d] ſeu libuerit,ibi, idem
enim eſt dicere quod libuerit,id eſt,quod libere voluerit. Item
vbicunque verbum arbitrium ⁊ ſimilia ponuntur cum hac di-
ctione plenum,ſiue liberum,lege,fideicommiſſa.§.quanquam.d
4 legat.tertio. † Item hoc verbum, iudicio tuo, [e] importat libe-
e ram voluntatem,vt ff.de fideicommiſſarijs libertat.l.Thais.§.
Lucius Titius ita teſtamento,ſecundum glo.ibi poſitam. Sed
licet alias tranſierim ſecundũ illam gloſſam:videtur mihi tamẽ,
quod directo textus ibi dicat contrarium, ſcilicet, quod im-
* portet arbitrium boni viri,* quod plus placet. Quid enim eſt
dicere, iudicio tuo, niſi facta diſputatione intra temetipſum,
poſtea iudices quod ad boni viri arbitrium ſine dubio refertur.
Conclude igitur quod exceptis predictis omnia importãt ar-
bitrium boni viri,vt videbitur approbauerit,comprobauerit ⁊
f ſimilia, d.l.fideicomm.vel placebit,[f] d.l. Thais.§.ſorore.⁊ mul-
ta alia que ponuntur,vt ff.de legat.j.l.ſi ſic.que hic non repeto,
quia dico eſſe regulam de omnibus exceptis predictis,vt dictũ
eſt. Nec obſtat ff.de fideicommiſſ.l. Grece.in princip.vbi equi-
g parat verbum volo[g], ⁊ verbum cupio, ⁊ ſimilia, quia vt dixi
vtrunque continet voluntatem, ſed vnum liberam, ⁊ aliud re-
gulatam, vt ex predictis colligitur. Verbi gratia quandoque
committitur facultas contrahendi,quandoque facultas largiẽ-
di ex cauſa lucratiua, quandoque facultas iudicandi. Primo
5 caſu † quando committitur facultas [h] contrahendi per verba
h ſignificantia arbitrium boni viri circa contractum,tunc ſine du-
bio debet arbitrari arbitrio ſuo regulato ratione, prout bonus
vir,⁊ diligens paterfamilias facturus fuiſſet, l.hec venditio.ff.
de contrahen.emptio ff.pro ſocio.l. ſocietatem.§. arbitrorum.
6 ff.de oper.liber.l.ſi libertus. Sed ſi † hec facultas conceditur
per verba ſignificantia liberam voluntatem,tunc omnia poteſt,
duobus exceptis. Primo quod non donet. hoc enim non venit
in conceſſione voluntatis libere,l.filius.§.primo.ff.de donat.
i Secundo quod dolus abſit,[i] ⁊ omnia alia que dolo carent fa-
re poteſt, vt ff.mand.l.creditor.§. Lucius. hoc enim non repu-
gnat regulis iuris gentium, ſecundum quas licet contrahenti-
bus ſe decipere.vt ff.de minor.l.in cauſe.§.idẽ Põponius.vn-
de videas quod quantumcunque committatur in voluntatem li-
beram, intelligitur voluntas libera a regulis iuris ciuilis,ſed
ſemper remanet limitata regulis iuris gentium, vt etiam in ſe-
7 quen.not. Secundo caſu principali † videlicet quando cõceditur
facultas largiendi ex cauſa lucratiua,tunc ſi per verba ſignifica-
tia arbitrium boni viri debet eligere vt bonus vir.l.cum quidã.
ff.de lega.ij.⁊ de lega.j.l.ſi ſic.primo reſponſ.⁊ d.leg.iij l.fideicõ
miſſa.§.quanquam.⁊ de fideicommiſſa.libertat.l fideicommiſſa-
ria libertas. Si vero per verba ſignificãtia libere volũtatis tũc
poteſt facere omnia contra regulas iuris ciuilis, ſeruatis regu-
lis iuris gentium vt ff.de teſtamen.milit.l.j.vbi permittitur te-
ſtari militi quo modo vult.⁊ per hoc poteſt relinquere deporta-
to cuius ſtatus nullus eſt de iure ciuili non autem damnato in
mettallũ,qui ſeruus pene,vel ſeruo proprio,cum ſeruitus ſit cõ-
ſtituta a iure gentium.vt l.neque eius.§.ſi deportati.⁊ §.ſeruus
k pene.⁊ §.ſeruum proprium. [k] ff.de teſtamen.milita.⁊ hoc vult
dicere.l.cum quidam.ff.de legatis primo.nam ei qui eſt indi-
gnus propter offenſam,non donatur, ſed donatum reuocatur,
l.fina.C.de reuocand.do.ideo bonus vir hoc eſt iudex ſecundum
regulas

regulas iuris ciuilis nõ arbitraretur ei largiendũ, ſed ſm natu-
ralem equitatẽ declaratam per ius diuinum maioris perfectio
nis eſt retribuere ei, qui offendit, quam alteri: nam ille, in cuius
l liberaˡ voluntate committitur, poteſt eligere indignum. Ter-
8 tio caſu† principali, ſcilicet, quando committitur facultas iudi-
m candi, ſi quidem per verba importantia arbitriumᵐ boni viri,
debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis, l. prima. ff. de arbit. Si
vero per verba ſignificantia liberam voluntatem, tunc eſt liber
a regulis ciuilibus, debet tamen ſeruare regulas iuris gentium,
ſeu naturalis equitatis, quod idem eſt per dicta iura, ⁊ eſt caſus
extra de re iudic. capitu. paſtoralis. in clemen. nam Imperator
ſolutus eſt legibus, ⁊ ex vigore ſue poteſtatis tulit ſententiam,
tamen quia in quibuſdam fecit ibi contra naturalem equitatem,
ideo ſententia caſſatur. Et ex hoc apparet† quod in caſu noſtre
9 legis, vbi proceditur abſque figura iudicij, quia non committi-
tur iudici per verba ſignificantia arbitrium boni viri, debet ſer-
uare regulas iuris gentium, ſeu naturalem equitatem cum ver-
bum ſine figura, importat quaſi committatur per verba ſignifi-
10 cantia liberam voluntatem. Et per hoc† apparet ſoluta que-
n ſtioⁿ, quãdo poteſtati datur arbitrium liberũ, an poſſit per hoc
parti facere iniuſtitiam: Certe non, quia hoc eſt contra natura-
lem equitatem, ſed poteſt omittere ſolennitatem iuris ciuilis. de
hoc per glo. in d. c. ſepe. in gl. ſuper verbo, defenſiones. dixi ff. de
11 donatio. l. ſi filiusfamilias. Sed quid ſi apponũtur† verba ſigni-
o ficantia vtrũq;, vt prout arbitratusᵒ fuerit, ⁊ voluerit: Reſpon.
vt ſ. dixi, qꝛ vnum predictorum ineſt alteri: quia nõ eſt arbitriũ
ſine voluntate, ⁊ regula eſt quando ponuntur duo copulatiue
quorum vnum de neceſſitate alteri ineſt, vnum reſoluitur in ad
p iectiuum, vt ff. de pact. l. j.ᵖ ibi, in idem placitum, ⁊ conſenſus, id
eſt placitus conſenſus in propoſito exponatur. i. voluntate arbi
tratus ſit ⁊ ſic arbitrium boni viri importabit. Facit ff. pro ſo-
cio. lege. nec adiecit etiam alias niſi ſit dictum, vt libere, vt di-
q ctum eſt. Quid ſi dicatur in ſtatuto, ᵠ qđ† in tali negotio proce-
† datur de facto: Certe intelligo eodem modo, ſcilicet manu re-
12 gia, vt l. ij. in princ. ff. de orig. iur. cum ſit omiſſa omnis ſolẽnitas
ciuilis, non autem quod iura alterius vllo modo tollentur, nec
ledantur contra naturalem equitatem. idem. per quecunq; ver-
ba concipiantur. non enim quis poteſt eſſe ſolutus magis legi-
bus, quam Imperator, ⁊ tamen ſua liberas ad hoc non extendi-
13 tur ergo, ⁊c. † Quero anʳ dictis caſibus iudex poſſit reijcere exce
r ptionem preſcriptionis, * vel aliam precedẽtem ex mero rigore
* iuris ciuilis: Reſpond. in his que ipſe iudex habet facere, non
tenetur ſequi regulas iuris ciuilis, ſed in his que iam ante facta
ſunt, ita quod ex hoc ius alteri queſitum ſit, vel ablatũ iudex nõ
habet immutare, ſed tenetur illud ſequi. caſus eſt ff. depo. l. bo-
na fides. alias etiam auferre eſſet ius alterius. quod eſt contra
naturalem equitatem.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Videtur. Vide Deci. in l. ſi paſcenda pecora. verſi. ſe-
cundo nota. C. de pactis.

b ¶ Arbitrium. Vide Bal. in c. j. §. ſi inter pares. ⁊ ibi de iſtis ver
bis, ſi tibi videbitur, ſi extraneus arbitratus fuerit, ſi tibi place-
bit, ꝙ important arbitrium boni viri, ⁊ non libertatem propriã.
Vide Alexan. in l. filiusfa. ff. de dona. in addi. ad Bar. in verſi. ex
tra gloſ. ⁊ in conſi. lxv. in j. volumi. habita ſuper predictis. Lud.
Roma. in conſil. xx. viſo pũcto. in prin. ⁊ vide Lanfran. in tract.
de arb. in j. parte. ⁊ poſt Alexand. in l. pretoris. in verſic. idẽ im-
portat. ff. de his qui notan. infam. ⁊ Alexan. in conſi. clxxv. in vj.
vol. incip. contingit dubium. nume. 4. ⁊ 10. in cõſil. lxv. in vj. vo-
lu. ⁊ in conſil. clxiij. nu. 4. eodem volu.

c ¶ Eligere. Vide Abba. in capitu. penul. de cleri. non reſi.

d ¶ Libet, vel libuerit. Vide Matthe. in nota. xvj. ⁊ Alexan. in l.
ſi ſic. ff. de lega. j. ⁊ ibi vide addi.

e ¶ Tuo. Not. quod Bar. vult hic quod verbũ, iudicio tuo, ſigni
ficet arbitrium boni viri, contrarium voluit idem Bar. in l. ſi ſic
in prin. ff. de leg. j. quam contrarietatem ponit in l. captatorias.
ff. de heredi. inſtituen. ⁊ Pet. Cor. in l. captatorias. C. de teſtã.
mi. ⁊ Mat. in not. xvj. licet Corn. non alleg. ⁊ vide Alexand. in
d. l. ſi ſic. in j. colum.

* ¶ Boni viri. De verb. diſcrete ⁊ iudicio tuo, vide Alex. cõſilio
xxxiij. lib. j. Et de verb. videt, per eundẽ cõſi. xi. lib. iij. De verb.
videbitur, ⁊ placebit, per Roman. conſi. ccxxviij. Abba. conſilio
xlj. lib. ij. Roman. conſi. lv. Et ſi dicatur, conſcientie tue. Roma.
conſil. ccccl viij. Petr. de Anchar. conſilio cccxlviij. Roma. con-
ſilio cclx. Et ſi dicatur, de facto, Bart. conſilio. lxxxij. Et quid ſi
dicatur, vt tibi viſum fuerit, vide gloſ. in capit. ij. in verb. viſum.
extra de corp. vit. Imo. in capit. canonum ſtatuta. extra de con-
ſtituit. Et ſi, ſecundum imperium tuũ, vide xxv. queſt. ix. de gra-
dibus. Et ſi, ſecundum prudentiam tuam, Imo. in cap. ne innita
ris. de conſtitu. Et ſi, ſecundum mẽtem tuã. Bal. in l. voluntas.
C. de fideicõmi. Et ſi, de iure ⁊ de facto, Imo. in c. quintauallis.
de iureiuran. Bart. in l. ſolam. C. de teſtibus. Et ſi, iuſtitiam fa-
cias, Ang. in auth. de here. ⁊ Falcid. §. exheredatos. Geminia.
in c. quoniam. de immunit. eccle. lib. vj. Pet. de Anch. ⁊ Imo. in
clem. auditor. de reſcrip. Et ſi reiecta iuris ſolẽnitate, Bal. in l.
ſi mancipium. §. ſi communi. ff. de euict. Et ſi, videas quid iuris
Alex. de Imo. in l. ſi fundum ſub cõditione. §. Stichus. de leg. j.
Et ſi, ſola facti veritate inſpecta, Roma. conſi. xx. ⁊ ccccxix. Do.
de Rot. deciſ. xcvj. in nouiſ. d verb. ſignific. Et ſi, ſũmarie ſimpli-
citer, ⁊c. omni ſolennitate iuris ⁊ ſtatuti omiſſa, Ang. cõſ. cxxxix.

f Th. D. ¶ Placebit. Vide Matt. in not. xvj.

g ¶ Volo hoc verbum vtrum importat liberam voluntatem, vi-
de Alex. plene in l. alio. in addi. Bart. ff. de alimen. ⁊ cib. lega. in
addi. mag.

h ¶ Facultas. Not. quod quando commiſſio ſit alicui per verba
importantia arbitrium boni viri debent partes neceſſario cita-
ri. Ita eſt de mente Bart. hic, ⁊ ſupra, in verſic. ſine figura iudi-
cij. adde Bal. in l. captatorias. in ij. queſt. C. de teſtamẽ. milit. ⁊
vide Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. vbi infert ad pul
chram queſtionem.

i ¶ Abſit. No. quod vbi eſt commiſſum quid ſub libera volunta-
te, non venit dolus. vide plene per Alex. plures concor. in conſ.
cij. incip. ſuper primo. in iiij. col. in ij. vo. ⁊ vide Lanfranc. in tra-
cta. de arbi in j. parte.

k ¶ Proprium. Vide Bart. ⁊ que ibi ſcripſi in addi. in l ſi ſit. de
leg. j. cum concordan. etiam de quibus per Alex. ibi.

l ¶ In cuius libera. Vide apoſt. in l. ſocietatem. §. arbitrorũ. in
prin. ff. pro ſo. vbi videntur cõtraria Bar. hic addita per ipſum,
attamen videas ibi. ⁊ concor.

m ¶ Importantia arbitrium. Habens authoritatem per verba
importantia arbitrium boni viri, debet ſequi, ⁊c. Vide Bar. hic
⁊ etiam. ſ. in verſicu. ſine figura. ⁊ Alex. in conſi. ccxviij. ij. volum.
⁊ quid de habente arbitrium in condemnãdo, ⁊ an habeat arbi-
trium in procedendo, vide Barto. in l. ſi in l. ⁊ ibi apoſtillam. ff.
loc. ⁊ Alex. in l. qui Rome. §. Callimachus. ff. de verborum obli
gatio. An autem poſſit prorogare punitionem, vide Alexã. ibi

n ¶ Queſtio. Vide Alexand. in l. ij. §. voluntatem. ff. ſoluto matri
monio.

o ¶ Arbitratus. Vide Franciſc. de Areti. in conſilio. xxxiiij.

p ¶ L. j. Vide ibi Iaſo.

q ¶ Statuto. Vide Alex. in l. fin. §. pe. C de his qui ad eccle. cõfu
in addi. Bart. ⁊ Franc. de Are. in conſi. lxxxiij. incip. diligenter
ponderatis, ⁊ Bar. in conſi. lxxxij. punctus. ⁊ ibi ſcripſi.

r ¶ Quero, an. Nota, quod per quãcunque clauſulam appoſi-
tam in commiſſione, iudex poteſt auferre exceptionem acquiſi-
tam parti, etiam de rigore iuris inductam, quam deciſionem
Bartoli hic exclamat Matth. in notabili. xv. incipiente. ⁊ nota,
quod ſi iudex. ⁊ vide Felyn. in capitu. de conſtitu. ⁊ plene per eũ
dem in rubric. extra. de preſcrip. vbi tenet, quod arbiter iud. ca-
turus ſecundum equitatem non debet reijcere exceptionem
preſcriptionis, contra Ang. cum concor. de quibus ibi per eum.
⁊ vide Ioan. de Imol. in clement. ſepe. in fin. de verbo. ſignific.
Georgi. Nat. in d. clement. ſepe. §. non ſic tamen. ⁊ in ſeq. vbi ple-
ne. ⁊ dixi ſ. in conſi. clxxij. vbi etiam per Barto. ⁊ vide Alexan.
in l. ſquitur. §. ſi viam. in addit. Bartol. ff. de vſucapio. ⁊ in l. ſi is
cui. §. ſi. in additio. Bar. ff. de noua.

* ¶ Preſcriptionis. Adde Videndum Roma. conſi. cxlix. vbi po
nit, qualiter procedat hoc dictum, ⁊ eundem in rub. de arbit. quẽ
etiam refert, ⁊ ſequitur Georgius Nat. in cle. ſepe. §. non ſic tamẽ
de verb. ſignific, ⁊ vide Fely. in c. ij. de offic. deleg. in princip.

**Ad hoc.** Vel iuxta hoc, id eſt, ſecunduz hoc, vt C. de iu
di. authenti. adhec. ⁊ hic incipit tertia pars, in
qua ponitur ſtatutum ſpeciale in modo procedendi contra con-
tumaces.

1 ☞ Dictio, communitas, eſt generalis ad vniuerſitatem caſtri,
vel ville cuiuſlibet municipij.

1 **Communitas.** † Nomẽ generale eſt ad vniuer
ſitatẽ caſtri vel ville cuiuſlibet
municipij, quod ab ipſa hominum cõmunitate principaliter re-
gitur, ſic ⁊ C. de epiſ. ⁊ cleri. aut. item nulla cõmunitas, ⁊ in extra
ua. Friderichi, de ſta. contra lib. eccle. §. itẽ quecũque cõmunitas.

1 ☞ Dictio, corpus. eſt generalis ad omnes ſimul habitantes,
vel non.

2 Collegium eſt, quando ſimul cohabitant, ⁊ colliguntur ſimul.

3 Vniuerſitas poteſt delinquere, ⁊ contra eam poteſt procedi.

1 **Corpus.** Generale† nomẽ eſt ad omnes ſimul cohabi-
* tantes, vel non. ⁊ ꝙ ſequitur, collegium* eſt,
2 † quando ſimul cohabitant, ⁊ ſimul colliguntur. ff. quod cuiuſque
* vniuer. l. j. in princi. * ⁊ eſt caſus expreſſus hic, quod vniuerſitas

poteſt delinquere,⁊ contra eam poteſt procedi ⁊ punitur, licet quidam contra,vt plene dixi in l,aut facta.§.fin.de pen.

ADDITIONES.

* ¶Collegium.Quid ſit colegium,⁊ ex quibus conſtet, vide L. Roman.conſil.cccc xxxvj.

* ¶In princi.Qualiter vniuerſitas poſſit delinquere,vide Angel.conſil.clxv.⁊ qualiter debeat citari per eũdem conſil.cxcvj. Unum ſemper not.ꝙ illud,quod dicitur,ꝙ vniuerſitas non delinquit,niſi cõmunicato conſilio ꝙ illud habet locum in caſu momẽtaneo,ſecus in ſucceſſiuo,vt voluit Pet.de Anch.cõſi.clvij.

**Status.** Siue liber,ſiue ſeruus,ſiue ingenuus,ſiue libertinus,vt ff.de ſtatu homi.l.iij.cũ l.ſeq.Itẽ ſiue ſint integri ſtatus,ſiue diminuti,vt ff.de varijs,⁊ extraordinarijs cognitio.l.cognitionum.§.j.viles ergo homines hac lege tenẽtur, licet alias non curetur ſi de imperatore ſolo verbo maledixerint, vt C.ſi quis Imperatori maled.l.j.⁊c.

**Dignitatis.** Per hoc patet quod in hoc crimine ceſſat priuilegium conceſſum eis, qui habent dignitatem cum adminiſtratione, vt, ea durante, nemo
* conuenitur, *vt ff.de iudi.l.pars literarum, ⁊ quod ibi no. ceſſat etiam priuilegium conceſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus,vt C.vbi ſena.vel clar.l.ſi.prout ibi tangitur,de modo procedendi,⁊ ſententiandi:priuilegium tamen iudicis remanet,quia (vt dixi)hic ſunt legitimande perſone.

ADDITIO.

* ¶Conueniatur.Poteſt etiam officialis conueniri pro eo,ꝙ deliquit,durante officio ſecundum Rom.conſil.xlv.

1 ☞Laicus non poteſt contra clericum procedere in crimine leſe maieſtatis,niſi ratione feudi.

2 Imperator Henricus facit priuari quoſdam epiſcopos feudis propter rebellionem.

**Conditionis.** Maſculus,vel femina minor,vel maior tamẽ tali etate, quod in eũ cadat delictum, ſui iuris,vel alterius,vt ff. de excep.doli.l.j.in
1 princ.cõiuncto.§.plane.†Item laicus ſiue clericus ex vi verborum,tamen contra clericum non poteſt procedere laicus,niſi ra
* tione feudi,*vt extra de for.competen.c.verum.⁊ C.de epiſcop.
2 ⁊ cle.authen.ſtatuimus.⁊ iſte †Imperator Henricus quoſdam Epiſcopos propter rebellionem ſuis feudis priuari fecit.

ADDITIO.

* ¶Feudi.Adde Oldrad.conſil.xlv.

1 ☞Citatio quando ſit in criminalibus, neceſſario nõ requiritur quod exprimatur factum limitatum loco,⁊ tempore.

2 Reus,qui comparuit tempore prime citationis,ſpecialiter citari debet ad audiendum ſententiam.

3 Citatio generalis peremptoria ad hoc vt ad vlteriora procedi poſſit,requiritur quando proceditur ſine figura iudicij,licet terminus peremptorius non.

4 Citatio ad audiendum ſententiam debet eſſe peremptoria.

5 Citationes que fiunt in medio iudicij, puta ad audiendum iurare teſtes,ſemper dicuntur peremptorie.

6 Dilationes, que dantur ad probandum, intelliguntur peremptorie.

7 Extrauag. ad exprimendum loquitur etiam ex parte accuſatoris ſi citetur.

a **Super dicto crimine.** [a]Citata vel citatus,per nunciũ,
1 vt eſt infra.vide ergo†qȯ in hoc caſu nõ ſit neceſſe in citatione
b prima[b] factum limitatum loco,⁊ tempore, ſed ſufficit quod citetur quid ſuper crimine leſe maieſtatis,vt hic aperte dicitur. Sʒ quid vbi alias ſuper dicto crimine debet ꝑcedi ordinarie? Reſpondeo idẽ,vt C.de exhibẽ.re.l.j.in ſi.vbi dicitur qȯ poſtquã citatus venit ad iudiciũ debet explorare id eſt,dicere quare fuit vocatus,⁊ ſic patet quod in citatorio hoc non fuit expreſſum, quia in criminalibus debẽt fieri citationes ſicut in ciuilibus.ff.de penis.l,abſentem.⁊ ibi notat.⁊ ff.de regulis iuris.l.j.⁊ ibi nota.Sʒ in ciuilibus debet citari reus vt veniat,⁊ ſui preſentiã faciat, vt notatur.C.quomodo ⁊ quando iudex.l.conſentaneũ.⁊ no.in authenti.qui ſemel.eodem titu.in gloſ.ſuper verbo,tribus edictis. que incip.vocetur,vt veniat ad cauſam.contrarium no extra de dilat.c.ij per Bernar.in glo.in verb.plene potuit inſtrui.⁊ allegat.v.queſt.ij.c.ſi primates. Sed ibi ſpeciale eſt cũ ad ſynodum vocatur Epiſcopus fauore dignitatis Epiſcopalis.Sunt⁊ alia multa que fauore hominum qui in dignitatibus ſunt,ſtatuũtur, vt C.vbi ſen.vel cla.per totum. Sed in caſu preſentis cõſtitutionis ceſſaret dictus fauor pro eo,quod dictum eſt ſupra, cuiuſcũque dignitatis,⁊c.Sed contra in d.c.ſepe.de verborũ ſignificatio.quia quando fertur ſentẽtia debet citari ad hoc,⁊ ſic videtur quod in citatione debet inſeri ad quid ſpecialiter citetur etiã cũ ſine figura iudicij proceditur,⁊ hic dicitur quod vigore huius citationis generaliter facte quod veniat reſponſurus ſuper crimine tali, poſſit ad ſentẽtiam procedi.Sol.ſi citatus in prima cita
2 tione non comparet valet,quod hic dicitur: †ſed comparuit,⁊ ſtetit ad proceſſum vſque ad finem,ſi tempore ſententie non adeſt debet citari ſpecialiter ad hoc vt ibi ſit. ſi enim prime cita
* tioni veniendo ſatiſfacit ſi poſtea ſe abſentat citari iterũ *debet C.de bonis author.iudic.poſſ.authent.⁊ qui iurat.Sed tũc vbi debeat citari,vel ad domũ ſue habitationis,que forte eſt in prouincia,vel in curia: dicam infra,in gl.ſuper verbo,edictum,⁊ eſt
3 †aduertendum[c] quod licet hoc caſu quando ſine figura iudicij
c proceditur, terminus peremptorius non ſit neceſſarius, vt dicam in gloſſ.ſuper verbo,in termino.tamen vbi quis citetur illa citatione generali ad hoc vt eius vigore poſſit procedi ad vlte
* riora, requiritur qȯ fiat citatio peremptoria *vel tres que habent vim peremptorie vt d.l.conſentaneũ.⁊ hic ſiue fiat litis con
4 teſta.ſiue poſt,vt ibi nota.† Item dicta citatio ſpecialis ad ſen
* tentiam audiendum ſimiliter debet eſſe peremptoria,*l.ad per
5 emptorium.ff.de iudi.alie †vero citationes,que ſiũt in medio ad certum actum, vt ad videndum iurare teſtes,⁊ ſimilia ſemper in
d telliguntur peremptorie,[d]vt extra de except.capit.paſtoralis, ⁊ ibi de hoc per Ioann. Andream.facit C.qui accuſare nõ poſſunt.l.ſi ea.⁊ vbi terminus ille intelligitur peremptorius quod
6 patet, quia vlterius non auditur. Dilationes †vero que dantur ad probandum intelliguntur peremptorie, cum non dentur plures quam vna,niſi cauſa cognita,vt ff.de ferijs.l.fina.
7 ¶†Itẽ ex eo quod dicitur ſimpliciter ſuper dicto crimine, patet quod loquitur hec cõſtitutio etiam ex parte accuſatoris ſi citetur quod veniat ad producendum, vel ſi inquiratur de imponendo penam talionis.Iſta enim ſunt de tangentibus iſtud crimen,ergo ⁊c.vt patet in textu.

ADDITIONES.

a Th.Dip.¶Super dicto crimine.Uide Alexand.in l.j.in fine, ff.de legat.ij.

b ¶Exprimi.Uide Alex.in l.ſtatu liberos.§.Stichus annua.ff. de ſtatuliber.in addi.ad Bar.⁊ in l.inter accuſatorem.in verſic. quero vtrum.ff.de public.iudi.⁊ eundem Alexand.in l.filiusfamilias.§.diuus.ff.de leg.j.Adde Roman.conſi.ccclxix.

* ¶Iterum.Adde Paul.de Caſt.in conſil.cclxxij.

c ¶Aduertendum Uide Fely.in c.licet cauſam.de proba.⁊ Iaſ. in l.fin.ff.de fer.

* ¶Peremptoria.Uide Oldra.conſilio iij.

d ¶Intelliguntur peremptorie.Uide Felyn.in capit.ad petitionem.de accu.

1 ☞Nuncius conſtituitur à iudice.

2 Infamis ⁊ vilis poteſt hodie eſſe nuncius.

3 Nuncius de iure ciuili debet eligi perſona diues ⁊ honeſta

4 Nuncius iurat ſe facturum officium legaliter.

5 Nuncius ſi eligi debet a conſilio tunc cõſtare debet de eius electione,non ſi a iudicibus eligitur.

6 Nuncius non citat ſine commiſſione.

7 Nuncio citandi in prouincia citatus credere debet,ſecus ſi citat extra prouinciam.

8 Nuncio delegati citanti non creditur ſine literis.

9 Arbiter ⁊ iudex inferior vtuntur nuncio ſuperioris.

10 Nuncio referenti ſe citaſſe, ⁊ in dependentibus ab eius ſcito creditur.

a **Per nuncium.** [a]†Nunciũ cõſtituit ipſemet iu
1 dex,vt C.de ſpor.l.ij.⁊ ibi nota. in authentic.de iudic.§.neceſſitatem.⁊ puto qȯ poſſet conſtitui etiam infamis,licet ſit officium publicum. Nam viliſſimis perſonis congruit ſecundum mores noſtros, ergo ab hoc infamia non repellit,vt C.de infami.l.j lib.x. Pro hoc.l. nec infames.C.
2 de decur.lib.x.ſed ſecundum leges deberent†eligi perſone diui
b tes,⁊[b]approbate,vt in authen.de iudi.§.his, qui cauſas. verum hoc autem.Facit quia infamis poteſt eſſe procurator.Inſtit.de except.§.fin.⁊ arbiter, vt ff.de arb.l. Pedius.⁊ ff.de poſtulan.
3 l.j.§.ſed eſt equiſſimum.†⁊ ſi diceres, quomodo credetur ei cum
4 infamis nõ poſſit eſſe teſtis: ſtatim dicam.† Item debet iurare ſe facturum officium legaliter, argumen.C.de fide inſtru.l.comparationes ⁊ C.de ſecun.nup.l.hac edictali.§.his illud.⁊ argu. in authen.iuſiurandum quod preſtatur ab his.§.j. Puto etiã ſi non iuret poſſe eum exercere officiũ.C.de arb.authen. decernimus.Eligitur enim periculo iudicis eligentis, vt dic. authen.
5 de iudi.§ hos autem omnino.⁊ ideo dicitur,†quod ſi non appa ret quod aliquis ſit electus nuncius, quod non eſt curandum,
c cum ſtatim[c] eo quod ſibi ſit commiſſio de citando in ipſa cõmiſſione eligitur.Sed ſi ex lege municipali electio nũciorum deberet fieri a conſilio ⁊ non a iudicibus, tunc debet conſtare de ea, vel ſufficeret quod eſſet in poſſeſſione exercendi illud officiũ.

Barbarus

6 Barbarius.ff.de offic.pꝛtoꝛ.⁊ C.de teſtamēt.l.j.nec pōt† nūcius aliquem citare niſi fiat ei commiſſio.vt C.de exhib.re.l.nemině. Sed an citatus† debeat credere eum eſſe nuncium: Reſpōd.vt dicitur in authen.de col.§.eos autē. quod actores qui mittūtur in prouincijs antequam inchoent officium debe:t ſuas literas inſinuare iudici prouincie, ex quo colligitur, ꝙ ex eo, ꝙ in curia ipſius iudicis apparet ꝙ talis eſt nuncius qd poſſint citari per eum omnes ſubditi ſui in eius territorio, ⁊ in eadem prouincia, nec eis aliter fides fieri debet,⁊ ſic debet credere licet in multis partibus obſeruetur quod tales nuncij habēt aliqua ſigna, quibus cognoſcantur, in quo conſuetudo loci eſt obſeruanda. Sȝ ſi citaret extra prouinciam non eſſet credendum ei ſine literis, vt d.§.eos autem. Facit C.de mand.princi.l.j.⁊ hoc in iudicibus or-
8 dinarijs. Sed nuncio† delegatorum videtur non credendum ſine literis vt extra de offic.deleg.c.prudentiam. Facit quod no.
9 in titu.de cita.§.j.per ſpec. Sed an† arbiter iudex inferior poterit vti nuncijs ſuperiorum: Reſpond.ſic, in authen.de defen.ciui.§.deinde eos.ibi,ex prouinciali autē officio,⁊c. Sed an eidē
* nuncio *referenti† debeat iudex credere cum ſit vnus:[d] Qui-
10 dam dicunt quod non l.iuriſiurandi. C.de teſti. Contrarium eſt
d verum vt hic cum in ſingulari dicat nuncium. Facit C.de epiſco.⁊ cleri.l.ſi omnes.§.verum ſi apparitorum.⁊ creditur eis in his que ſibi commiſſa ſunt,⁊ ex eorum officio depēdent, vt ſe citaſſe
e ⁊ ſimilia. Facit C.de fal.l. ſi quis decurio. Similiter quia[e] etiam ſeruus de facto proprio interrogatur.l.interrogari C.de queſt. multo magis infamis Si vero ei committeretur aliquid,⁊ refert quod alios feciſſe vidiſſet, tunc in modicis creditur ſibi: in magnis nō eatenus vt iudex poſſit procedere,vt ff de reb.eo.l.magis puto.§.ne tamen.⁊ C.de accuſa.l.ea quidē. Facit ff.de cuſto.reo.l.diuus.⁊ quod dixi in gloſſ.ſuper verſi.denunciationem.⁊c.

ADDITIONES.

a T.D. ¶ Per nuncium. Uide Cardi. Alexan.in c. cum parati.de appellatio.⁊ apoſtil.Alexan.in l.eum qui.§.j.ff.cōmoda.
b ¶ Perſone diuites. Uide Felin.in c.prudentiam.in fine prin.ff.de offic.deleg.
c ¶ Cum ſtatim. Uide Paul.de Caſtr.in l.inſule.poſt princip.ff.de iudic.
* ¶ Nuncio. An ſit nuncio credendum. Uide Paul.de Caſt.conſilio cclxxv. Roman.conſi.xcv.⁊ ibi an preſumatur, ꝙ commiſſio proceſſerit,⁊ ꝙ omnia ſolenniter geſta ſint.
d ¶ Credere cum ſit vnus. Uide Jaſ.in l.properandum.§.⁊ ſi quidē.C.de re iudi.⁊ Alexand.in l.j.§.cura carnis.ff.de officio.pref.vrb.
e ¶ Similiter quia. Uide Jaſ.⁊ ponas hic in l.ij.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxal.cau.aga.

1 Sigillo proprio vel publico creditur in citationibus.
2 Citatio poteſt ſignari ſigillo alieno, ſi de hoc mentio fiat in ipſa citatione.
Citatio licet fiat per literas nuncius debet tamen eas portare.
3 Creditur nuncio aſſerenti ſe portaſſe literas citationis, etiam ſi pars neget.
4 Actor poteſt portare literas citatorias dummodo preſentet coram teſtibus,⁊ notario.

1
* **Per literas** †Sigillatas *ſigillo proprio, vel publico, vt in l.ſi publicanus.§.j.de publican.⁊ C.de epiſcop.⁊ cleric.l.ſi qua per calumniaȝ,⁊ ibi not.⁊ extra de proba.cap.poſt ceſſionem. Poteſt etiam ſigillare alie-
a no anulo, dummodo faciat de hoc mētionem[a].ff.de teſtam.l.ad teſtiuȝ.§.ij.de hoc in Spe.de cita.§.iam de citatione.verſic.literis igitur citationis. Puto tutius eſſe, quod tales litere publi-
2 centur manu notarij, ⁊ ita multi obſeruant, licet autem† fiant litere, tamen eſt neceſſarius nuncius qui portet. Sed in hoc differt, quia quando ſolus nuncius mittitur, debet talis eſſe quod citatus debeat credere ipſum eſſe nuncium, vt in precedenti gl. hic autem ſatis eſt vt credat vel credere debeat literas eſſe talis
3 iudicis. Sed dices, †quid ſi negare voluerit literas ſibi fuiſſe portatas: Reſpondeo, iudex ſtabit in hoc relationi ſui nuncij, reus enim ſe citatum cognoſcit a iudice per literas. An autem fuerit nuncius, ipſius iudicis eſt cognitio.⁊ portare ipſas literas eſt ſignum euidens, quod ſit nuncius, argument.ff. de legat.j.l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum. C.de donat.l.prima.
4 †Sed an actor[b] ipſe poterit portare literas citatorias. Uide-
b tur expreſſum quod ſic, ff.de furt.lege, eum qui. §.ſi epiſtola. verſiculo, ſed et ſi interfuit. vbi quis pro ſe portat epiſtolam. Sed ſi pars negaret eam ſibi preſentatam fuiſſe, eſſet graue: quia ſibi actori crederetur, niſi forte literarum preſentationem probaret per alios: ⁊ ideo ſi preſentaret coram teſtibus ⁊ notario qui inde conficeret inſtrumentum, putarem ſufficere,⁊c.

ADDITIONES.

* ¶ Sigillatas. Adde Roma.conſi.ij.⁊ Old.cōſi.clxxxiij., vbi an per literas Epiſcopi ſigillatas probetur excommunicatio. An autem preſidibus, vel legatis de latere credendum ſit abſque literis, vide Rom.conſi.lix. Abb.conſi.xviij.
a T.D. ¶ Facit de hoc mentionem. Uide per Cardi. Alex.c.cū parati.de appella.⁊ apoſt. Alexā.in l.eum qui.§.fin.in fi.ff.commoda.
b ¶ Sed an actor. Uide Alex.in l.iuſte poſſidet.ff.de acquir.poſ.⁊ ibi ſcripſi.

1 Citatio per edictum competit ordinarijs,⁊ delegatis a principe.
2 Citatio per edictum iure canonico quibus caſibus fieri poſſit. Citatio per edictum non fit quando quis citare poteſt per nuncium, vel per literas.
3 Nuncius quando impediri dicitur: vel non poſſe quem tute ad locum citationis accedere.
4 Cautela vt antequam fiat citatio per edictū, quod iudex capiat informationem de non tuto acceſſu.
5 Terminus in citatione per edictum, debet poni cōgruus, vt veniat in notitiam citati,⁊ poſſit ad locum citationis comparere.
6 Iudex qui citat per edictum quomodo moderabit terminum dandum citato ad comparendum.
7 Citationis ſi in termino comparet,⁊ allegat abſentiam citati, ⁊ petit ſibi prorogari terminum vt inueniat citatum, terminus debet ei dari.
8 Iudex non veniēte abſente data dilatione, poteſt contra ipſum vt in contumacem procedere.
9 Citari extra territorium quando poſſit ſubditus, per edictū vel per nuncium vel literas.
10 Papa citat quemlibet vbicunque exiſtentem,⁊ officialis imperij qui preeſt vni prouincie, poteſt homines exiſtentes in qualibet prouincia imperij, citare.
11 Imperator vel princeps ſecularis nō poteſt citare quem in terris eccleſie, ſed ſcribit ſuperiori vt notificet.
12 Iudex in cuius territorio degit citandus ſi negligat citationeȝ ad literas citantis notificare, tunc iudex extra territorium citat per edictum, vel per nuncium.
13 Citatus qui in primo termino comparuit ſi poſtea ſe abſentauit quomodo citabitur.
14 Citatio per preconem admittitur, vbi citatur incerta perſona.
15 Conſilium, quid agere debeat iudex, quando citatus in primo termino comparuit,⁊ non eſt locus detētioni,⁊ ſic extra territorium.
16 Citari per preconem, quando quis poſſit.

a
1 **Per edictum.** [a] Iſte modus† citandi cōuenit ordinarijs,⁊ delegatis a Principe ⁊ non alijs.C.quomodo,⁊ qn iud.auth. qui ſemel, Item non ſo-
2 lū in his caſibus, ſed i alijs omnibus, vt ibi patet. Sed † de iure cano.non poteſt fieri, niſi de ſpeciali commiſſione Pape,⁊ tunc ſolum contra eos, qui procurant ne ad eos citatio perueniat vel ad quorum loca non poteſt tute accedi, vt extra de iudic.capi.ij. in cle.que limitatio ſecunda fuit multum equa vt ibi patet ſic puto iudices in foro noſtro dicere practicare, nam iſti tres modi citandi permittuntur alternatiue,⁊ ſic iudicis arbitrio. Sed in his debet ſeruare equitatem, vt in authentica, iuſiurandum, quod preſta.ab his.§.primo.⁊ per Innocen.extra de conſtit. c. fin.glo.not ⁊ Archi.de conſtit lib.vj.ſi ergo poteſt per nunciū citare, vel epiſtolas, vel literas non eſt equuȝ quod citet per edi
b cta[b]: ⁊ ſi faceret, grauaret partem, ⁊ ideo per iudicem appella-
3 tionis, poſſet infringi† proceſſus. hoc autem ſcilicet quem impediri ne ad eum citatio perueniat vel non poſſe accedi tute, ſepe accidit ſcilicet quando citatur aliqua ciuitas, vel dominus, aut multi ciues vnius ciuitatis argu.extra de reſcrip. capitu. ſtatutum.§.cum vero eiuſdem lib.vj. Iteȝ ſi locus in quo perſona eſt citanda eſt rebellis, non enim tute mittitur nuncius ad locum inimicorum.l.ſciendum.ff.de legationib.⁊ l.de etate.ad ſenat.
4 Trebel.⁊ l.iij.ff.ex quibus cauſis ma. Puto† tamen recte fieri, antequam hec citatio fiat quod ſuper hoc ad iudicis informa-
5 tionem aliquid cognoſcatur.d.l.de etate.† Sed quis terminus in tali edicto ponetur: Reſpond. congruus, vt poſſit venire in notitiam citati, vt poſſit poſtea ad locum citationis comparere in ciuilibus, d.cap.j.de iudic.in clemen.ne alias edictum contineat impoſſibile, vt ff.de eo quod certo.loco.l.ij.§.ſi quis ita. In criminalibus vero datur dilatio longior ſecundum formam.l.ij. C.de exhibē.re.que tamen dilatio non videtur neceſſaria i hac lege cum abſque figura iudicij procedatur, cum illa ſit ſolenni-
6 tas iuris ciuilis, vt ſupra not.in gloſſ.ſuper verbo, figura. †Sed qualiter ſciet iudex moderare terminū, cū ignoret vbi reus moretur: Reſpond.tex.eſt.C.quomodo ⁊ quando iudex.auth.qui

ſemel.vbi dicit qđ iudex preſens, debet examinare vbi ſit reus,
ſed hoc videtur impoſſibile quod teſtes examinati corā iudice
hoc dicant,ſcilicet aliquem modo eſſe Florentie. Unde oportet
ſic intelligi vt dicit text.in authent. de exhib.re. §.illum vero.
vbi dicitur quod iudex examinet inquantū poſſit in quā terraz
abiiſſe dicitur ex eo quod dicitur abiiſſe. apparet ergo qđ ſuf⸗
ficit ſola fama vel vulgi opinio quod in certum locum dicitur
abiiſſe.Quod ergo in d.authent. dicitur vbi, ideſt vbi eſſe dici⸗
tur,⁊ ex eo quod dicitur examinet, poterit intelligi ſummatim
ad ſui informationē etiam parte non citata vt ibi no. Hec eſt pra
ctica vera ⁊ pulchra,⁊ notab. Quid ſi hāc examinationem non
fecit. Certe aliquid de ſubſtantialibus videtur omiſſum.vſus ta
men ⁊ communis practica hoc non patitur,ſed ſatis eſt aſſigna
re terminum cōgruentem per diſtantiam loci,vbi eſt,vel vbi ha
bitare conſueuit,ſicut ibi citare ſufficit.l.j.§.j.de lib.agnoſ.l.iiij.§.
7 pretor.ff.de dam.infec. †Quid ſi intra terminum comparet ali⸗
quis, ⁊ dicit citatum abeſſe petens ſibi terminum prorogari vt
citatum inueniat, ⁊ ei denunciet,an ſit audiendus: Reſpond.
iſte videtur excuſator ad allegandum cauſas abſentie, ideo au⸗
diendus faciendo fidem de abſentia: quo facto, ſi petat termi⸗
num,vt eum inueniat,⁊ ei denunciet eſt audiendus,vt C.vbi de
crimi.agi opor.authen.qua in prouincia. Sed quid ſi talis reuer
8 tens dicit†ſe illum diligenter inquiſiuiſſe,⁊ non potuiſſe inueni
re vbi eſſet: Reſpond.quod procedit iudex tanquā contra con⸗
tumacem. Nam poſt illam dilationem auditur,ſi ille veniat, vel
mittat legitime, alias ſecus, vt dicta authentic. qua in prouin⸗
9 cia. hic autem neutrum facit. Sed an predictis†modis quis
poſſit citari vbicunque ſit etiā extra territorium ciuitatis:quod
videtur.C.de epiſcop.⁊ cleric.l.omnes.§.verum ſi apparitor.⁊
de offic.prefec.vrb.l.ij.vbi ſubditum ſuum quis citat etiam extra
* territorium*exiſtentem. In contrarium eſt caſus extra de re
iudica.cap paſtoralis.in clemen.vbi declaratur quod Impera⸗
tor per ſe nō poteſt citare eū qui eſt in terris eccleſie, ſed debet
ſuperiori denunciare vt ei nunciet. Cyn.in quadam diſputatio⸗
ne dicit qꝰ illud fuit cōpoſitum per errorem Canoniſtarū. Sed
cum illa decretalis fuerit facta in generali cōcilio,vbi eſt copia
magna intelligentiū, non eſt veriſimile quod in illo c.fuerit er⸗
ratum,vnde temeraria eſt dicta ſolutio. Unde dicit Paulus de
Leaza.in d.c.qđ ille qui,eſt iudex alicuius ratione domicilij po
teſt citare illum extra territorium quacunque citatione, cum ta⸗
lis abſens alium ab iſto ſuperiore non habeat per quem citari
poſſit:⁊ ita loquuntur iura predicta. Si vero loquimur de ſubie
cto ratione delicti vel contractus, ⁊ ſic per accidens, ⁊ tunc ta⸗
lis iudex nō citat extra territorium,vt d.c.paſtoralis,⁊ hoc quo
ad executionem faciendam in rebus que alias non ſunt in terri⸗
torio citantis,vt extra de foro competen.c.Romana.§.contra⸗
hētes.lib.vj. Sed certe primum membrum ratione domicilij pla
cet,ſecundum diſplicet,primo per dictum.§.contrahentes. vbi
ſit citatio extra territorium, etiam quo ad pronunciationem de
mittendo in bonis que nō ſunt in territorio citantis. Secundo
quia directo eſt contra caſum huius cōſtitutionis. Et quod ſic
intellexerit Imperator, patet, quia citationem factam de rege
Roberto exiſtente extra territorium, aſſerit legitime factam, et
loquitur hic de citatiōe facta a quocūque qui preeſt iuriſdictio⸗
ni. Item in cauſa capitali. Et ſi dices, hoc Imperator, non po
tuit cōcedo in terris eccleſie. Dico ergo quod Papa poteſt ci⸗
10 tare quemlibet vbicunque exiſtentem, †quia ipſe eſt vicarius*
* ipſius, cuius eſt terra,⁊ plenitudo orbis eius vt extra de iud.c.j.
in clemētin. Ita per vniuerſum Imperium officialis qui preeſt
vni prouincie, poteſt citare homines exiſtentes in qualibet pro
uincia Imperij, quia hoc facit authoritate Imperatoris, d.l.
omnes.§.verū ſi apparitor.⁊ d.l.ij.ff.de offici. prefe.vrb.l.⁊ hic.
11 ſed Imperator†vel alius princeps ſecularis non poteſt citare
quem in terris eccleſie quia etiam illas terras ſibi libere reſerua
uit, d.c.paſtoralis. debet ergo ſcribere ſuperiori illius loci vbi
perſona citanda moratur, vt notificet ſibi, vt ibi ⁊ ff.de requi.re.
12 l.j.§.1.Sed †quid ſi ille iudex ſcribat quod non vult ei notificare.
Uidetur,quod non imputetur hoc reo: quia per eum non eſt fa
ctum,vt ff.quod vi,aut clam.l.j.§.ſi.ſed ſecundum hoc iudex non
poteſt expedire proceſſum,ergo dic quod habetur tanquam le⸗
gitime citatus.licet enim ipſe de ſe non impediuerit citationem
fieri, impediuit tamen defenſor eius,ſcilicet,ſuus ſuperior,quod
ſufficit extra de electio.capit.cauſaz.in clem. vbi verū ſi propter
c appellati vel ſuorum ⁊c. Uel dic quod propter eius negligētiā:
poterit ipſe iudex citare per edicta, vel nuncium, ſicut ſi eſſet in
eius territorio,argu C.vbi in rem act.l.ij.⁊ de iudi.l.nulli.⁊ quod
13 ibi not.⁊ hoc plus placet mihi. Quid ſi in primo termino†cita⸗
* tus comparet, *⁊ poſtea ſe abſentauit qualiter citabitur: Reſp.
aut prima citatio fuit facta ſimpliciter quod compareat ſuper ta
li negotio reſponſurus, ⁊ tunc veniendo ſatiſfacit primo termi⸗
no,⁊ eadem ſolennitate eſt citandus hac ſecunda citatione,ſicut
in prima,vt dictum eſt ſ.in glo.ſuper verſi.ſuper dicto crimine.
Aut prima citatio facta fuit magis extenſe dicēdo quod veniat
reſponſurus ſuper tali negotio,⁊ ad procedendum in cauſa pre
dicta,vt iuris fuerit,vſque ad finem.⁊ tunc veniendo non ſatiſfa
cit termino niſi ſtet vſque ad finem,quia tunc eſt intelligendū vt
d ſtet in conſpectu iudicis ideo tunc ſufficit citatio per precone
ipſum citando per ciuitatem,quod iudex facit citare talem,tunc
enim ſi non comparet, procedetur in cauſa. Aut enim erat pre
ſens in ciuitate,⁊ non comparet, ⁊ talis proclamatio arctat eū.
l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pigno. Aut non erat preſens,⁊ ex eo
quod ſe abſentauit a ciuitate erat contumax,ex virtute prime ci
tatiōis,⁊ ex hoc quia morari debet in ciuitate vbi eſt curia, licet
14 quo in loco ſit,incertum ſit; Sic etiam admittit†citatio per pre
conē quando eſt incerta perſona que citetur,vt dicā.j. Nec obſ.
predictis.C.de bo.aut.iud.poſ.l.cum proponas.⁊ auth.⁊ qui iu
rat.in cor.vnde ſumitur,quia ibi promiſit ⁊ iurauit de iudicio ſi
ſti magis reſpectu partis vt eis cōmittatur obligatio ad intereſ
ſe,vt ff.ſi quis cau.l.ij.in ſi.quā reſpectu iudicis,vt dicatur contu
max,ſi ibi non eſt,ideo debet ſolenniter citari facta inquiſitione
e vbi eſſe dicitur. Conſulo tamen ad effugiendū† predicta qꝛ re
15 comparente in primo termino in cauſis in quibus nō eſt locus
detentioni, vt ei dicatur a iudice vt certum locū in ciuitate eli
gat vbi ſit citandus.ſicut enim poteſt eligere domiciliū. vt.ff.ad
municip.l.domicilium.⁊ l.nihil.ita poteſt eligere quo ad certum
actum. Quidam autem precipiunt tali ſic comparenti, quia eſt
f ex lōginquo vt ſingulis diebus,⁊ horis * quibus redditur ius cō
* pareat corā eo. Et qꝛ de citatiōe que ſit per preconē facta eſt men
16 tio,quero†quando per preconē citare licet: Quidā dicūt qꝛ cita
re licet reū,nō actorē vt C.quomodo ⁊ quādo iudex authē.qui ſe
mel.⁊ ita videtur tenere Specula.in titu.de cita.§ ſequit. circa
princ. Sed certe ratio poſita in authent.qui ſemel.ſcilicet qꝛ vox
preconis paucis innoteſcit, eſt cōmunis ad actorē,⁊ reū. Unde
dictum Specula.poteſt eſſe verū in eo caſu, in quo reus poteſt
eſſe in loco,vt dixi. Dic ergo,aut eſt citanda perſona certa qꝛ cō
ſtat eius intereſſe, aut ignorat quis ſit ille cuius intereſt. Pri
g mo caſu ipſa perſona citanda eſt nominatim,de ven.inſpicien.
l.j.§ penulti Sed qualiter: Dic aut eſt incertū vbi ſit,nec alibi
eſt ex virtute citationis,⁊ nō poteſt citari per preconē ideſt vo
ce pconis,vt d.auth.qui ſemel. aut debet eſſe in aliquo loco vir
tute citationis,ſed ignoratur locus loci,qꝛ neſcitur in qua parte
ſit ciuitatis, ⁊ tunc ſufficit citatio per preconem.vt ſ.oſtēſuz eſt,
l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.tamen iſta citatio non preiudicat
niſi preſentibus vt ibi patet. facit qđ no. Inn.tex.de ma.⁊ obe.
c.ſi.⁊ hoc niſi citanda eſſet aliqua multitudo.C.de decur.l.obſer
uare.lib.x.⁊ no.per Inn.in c.ſi.ext.de ma.⁊ obe. Si vero ignorat
que ſit perſona cuius intereſt citari,⁊ tunc ſufficit citari per pre
conem,vt l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.lib.x.⁊ in d.l.ſi eo tēpore.

ADDITIONES.

a T.D. Per edictū. Uide Alex.in l.inter accuſatorē.ff.de pu
blic. iudic.in verſi. vlterius quero in additio.incip.vlteriꝰ cir.
Bar.⁊ in l.j.§.preſides.in addi.ma.icip.preſides ff.de requi.re.
⁊ Iaſ.in l.ſi.ff.de iuriſ.om.iud.⁊ dixi in l.omnes.C.de epiſ.⁊ cle.
⁊ vide apoſtil. Alexā.in l.ſi eo tēpore.C.de remiſſio.pig.⁊ glo.in
l.nec quicquam §.vbi decretum.ff.de off.procon.⁊ legatis. An
citatio p edictū fieri poſſit, vide Pau.de Caſt.cōſi.50.⁊ in con
ſilio cxcv.⁊ que ſit differētia inter edictum ⁊ perēptoriū per eū
dem cōſil.iij.⁊ ccxxiij.⁊ per Abba.conſi.lxij. ⁊ qñ ſufficiat citatio
per proclama. Rom.conſ.ccccx.
b Citet per edicta. Uide Alexand.in l.ij.in verſi.ſecundo prin
cipaliter quero.ff.de appel re.in apoſtil Bar.
* Territorium. An quis poſſit citare ſibi ſubditum exiſtentem
extra territorium vide Old.conſil.lxxxv.
* Uicarius, Idem tenet Aret.conſil.lviij.
c Negligētiā. Si iudex nollet vel negligeret exequi literas pri
mi iudicis illo caſu ei permittitur citare condemnatum exiſten
tem extra territorium per edictum vel per nuncium ac ſi eſſet in
territorio. Ita ſingul.tenet Bar hic,⁊ ſequitur Frāciſ.de Are.
in conſi.liij.incip.diligenter cōſideratis omnibus.⁊ domi. Ia.
in l.cum quedam puella.in princip.in ſi.⁊ in l.ſin.in vij. falle.ff.
de iuriſdi.om.iudic.vbi dicit hoc dictuz eſſe ſingulare. Th. D.
* Comparet. Uide Fede.conſil.clxxij.
d Preconem. Uide plene per Marian. Soc in rub.extra de ca
la.in ſuo tracta.de cita.in artic.xx.queſt.xvj.in quarta queſt.prin
cip.⁊ ibi videas omnino. Tho.
e Tamen. No. quod facta citatione generali ſi ſemel cōparuit
citatus non debet vlterius procedi ad aliquem actum ſine noua
citatione,etiam ſi fuerit citatus ad omnes ⁊ ſingulos actus vſq;
ad ſententiam. Fel.in c.licet.cauſam.de probatio.verſic.demum
in hac materia dicit hic Th.

¶ Longinquo. Quando citatio debet fieri de longinquo, an ſufficiat citari ſemel perſonaliter ad totam cauſam: Barto. hic videtur tenere qđ ſic. ⁊ ita tenet. Vide plene nota. per do. Mar. Soci. in rubri. de dilatio. in ſuo tracta. de cita articu. xx. queſtiõ. xvj. in ſ. queſtio. vbi plene. ⁊ in iiij. queſt. vbi etiam abundãter.
* ¶ Moris. Bal. cõſil. ccxxxviij. lib. iiij dicit, ꝙ miraꝛ de tali citatione: qꝛ eſt quedã ſeruitus, ꝙ quis moretur ſemper in loco ⁊ qñ citatio ad totam cauſam fieri poſſit, vide Paul. Caſt. conſi. 50.
5 Tho. ¶ Nominatim. Vide Bart. in l. ſi quis inſtituatur. §. item ſi conditioni. verſic. quero, quando creditores. ⁊ ibi apoſt. Alexan. ff. de heredi. inſti.
1 ☞ Citatio ſatis eſt quod fuerit affixa in loco publico vt moris eſt, nec requiritur quanto tempore ſtare debet, dum tamen relatio appareat facta.
2 Preconia debent fieri in locis pub licis, nec in relatione debet locus facti preconij exprimi.

**Publice.** Solam propoſitionem requirit, ſed de iure
1 Canonico debet prius † verbo literas legẽdo in aliquo publico loco citari, poſtea litere debẽt affigi publice ſcilicet in foribus maioris eccleſie, c. j. extra de iudi. in clem. hic enim circa locum loquitur large: quia ſufficit publice propo ni in loco vbi ius redditur, vel in foro nundinarum, vel alibi vbi
a moris eſt publice fieri preconia[a] vt in ſecunda cõſti. Codi. circa ſi. ibi edictis ex more propoſitis, ⁊ quanto tẽpore edictum ſtet affixum ibi non exprimitur. vnde erit arbitrio iudicis, vt ff. de iure delibe. l. j. ſufficit autem ius actis ſcriptum eſſe quod edictũ fuit publice propoſitum in tali loco: nec eſt neceſſe ſcribi quod tanto tẽpore ſtetit, nec enim preſumitur inde ſublatum cum hoc facere ſit delictum, l. ſi quis id qđ. ff. de iur. omn. iudic. cautius
2 tamen eſſet ſi quis de hoc faceret fieri ſcripturam. † Preconia etiam debent ſcribi in locis publicis, ⁊ conſuetis in dicta conſtitu. Codi. circa fin. ⁊ ſufficit quod preco referat ſe preconizaſſe per ciuitatem in locis publicis ⁊ cõſuetis, etiam ſi non exprimatur loca. Nã talia loca conſueuerunt eſſe notoria, ⁊ ſic expreſſe non eſt neceſſaria. ff. de contrahen. emptione. lege, cum ſeruo. §. fina. ⁊ ita obſeruat conſuetudo.

ADDITIO.

a ¶ Preconia. Vide plene per Iaſ. l. properandum. §. ⁊ ſi quidem. C. de iudi. ⁊ ibi vide limitation. m. Thom.

**Citata.** Perſona vel ciuitas.

1 ☞ Vniuerſitas quomodo citanda.

a **Citatum.** Corpus, vel collegiũ: ſed qualiter hoc fiet in citatione, que fit per edictum ſ[illegible] clarum eſt cum ibi ſufficiat propoſitio in loco publico vt in preſenti gl. ſed cum fit per nũcium vel epiſtolam quem citabit nuncius, vel cui literas preſentabit. Ioan. andr. extra de conceſſio. prebẽd. c. ſi capitulum. lib. vj. dicit quod requirat eum qui habet conuocare tale collegium, cum ſufficiat quod illud cõgreget more ſolito quod ſi ſe includeret, vel impediret, ne fieret propoſitio vel preſentatio, perinde habetur, ac ſi eſſet facta, quod ſatis placet. Poteſt etiam dici quod ſicut vnum hominem ſingularem quis põt citare, licet ſolũ caput eius reſpiciat, ⁊ non aliud corpus. ff. de in iꝰ vocã. l. ſatiſq;. ⁊ arg. l. cũ in diuerſis. ff. de rel. ⁊ ſum. fun. ſic etiã
* ſi quis vniuerſitatẽ poteſt citare citãdo caput eiꝰ, hoc eſt, illos qui preſunt vniuerſitati, cõmunitati, vel collegio, l. municipibꝰ. ff. de condi. ⁊ demon. Poteſt etiam dici quod ſicut tutor põt citari in cauſa pupilli, ita hoc modo rectores in cauſa vniuerſitatis, arg. ff. de pac. l. item magiſtri ſocietatem. ⁊ l. ſequẽ. ⁊ de admi. tuto. l. 3. §. ſufficit. Sed tu dices illud verũ eſt quando commiſſio fieret de citando tutorem, ſed ſi fieret de citãdo pupillum an
b ſufficiat[b] citare tutorem: poſſet dubitari. Et † ideo conſilium eſt,
1 quod fiat commiſſio de citando tutorem ⁊ pupillum, ⁊ de citãdo rectores adminiſtratores, ⁊ vniuerſitatẽ, tunc ſine dubio ſufficit citare rectores. Poteſt etiã dici, quod ſufficiat quod nũcius per terram clamet quod ipſe ex parte talis iudicis citat talẽ vniuerſitatem. Cum enim talis citatio fiat de multitudine, ſufficit fieri per preconẽ vt dictũ eſt C. in gl. ſup verbo, per edictũ. Per citationes autẽ iſtas que fiũt de rectoribꝰ vniuerſitatis vniuer
c ſitas conſtituiꝛ contumax ficte, non autẽ dicitur vere contumax[c] quaſi dolo ſe occultans. ff. de reg. iur. l. non poteſt dolo carere.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Citatum. Vide Alexand. in l. non poteſt. ff. de regulis iuris. in additio. Bar.
* ¶ Vniuerſitatem. Vide ſupra. in ver. vniuerſitatis. vbi qualiter citetur.
b ¶ An ſufficiat. Vide Bartol. in l. prima. §. ſufficit, ⁊ ibi apoſt. ff. de adminiſt. tut.
c ¶ Vere cõtumax. Vide Alex in l. properãdum. §. ſin autẽ reus in ſi. C. de iudic. ⁊ Fely. in c. j. vt lit. non conteſt.

1 ☞ Leſe maieſta. in crimine non ſufficit quod quis ſit vere contumax.
2 Iudex non procedit quando ei conſtat citationem nõ perueniſſe ad notitiam citati.
3 Citationis ſi in termino aliquis comparet allegans citati abſentiam ⁊ iuſtum impedimẽtum, ⁊ tamẽ iudex procedat, proceſſus eſt nullus.
4 Citatus quando in termino nõ comparet neceſſario non eſt accuſanda contumacia niſi quando proceditur per accuſationem.
4 Cautela vt iudex accuſatore abſente poſſit eius defectum ſupplere.

a **Neglexerit.** [a] Vere, ficte, ſeu preſumptiue: hec enim conſtitutio † nõ requirit quod quis ſit
1 vere contumax, quod patet ex modo citandi per edicta, de qua citatione non conſtat quod ad notitiam perueniat. ⁊ hoc niſi iu
2 dici † conſtet hoc ad citatum non perueniſſe vel ipſum eſſe vel fuiſſe legitime impeditum quo minus veniat, ⁊ tũc ſi vltra procedit ex ipſo iure nullum eſſet quia deficit ſubſtantiale: nam nõ vere, nec ficte negligit: quod requirit hec lex. ⁊ nota. per gloſſ. ff. de re iudic. l. queſitum. ⁊ fuit opinio Ioan. Andr. in l. contumacia. §. fina. eodem titul. Sed quid, ſi in termino † citationis com
3 pareat aliquis excuſator dicens citatum fore abſentem ita qđ non poteſt in eius notitiam peruenire: vel qꝛ eſt legitime impeditus, ⁊ iudex vltra procedit, an valeat: Dic quod ſi excuſator obtulit ſe probaturũ, ⁊ iudex contempſit, quod proceſſus eſt nullus, quaſi per iudicem ſteterit, quo minus fiat, alias ſecus. Facit extra de app. capitu. interpoſita. ſaluum tamen eſt ius parti petende reſtitutionis ex cauſa iuſte abſentie. C. quomodo ⁊ quando iud. l. ab eo. ff. de in integ. reſtitu. l. ſi. ⁊ quod ibi not. An autẽ
4 ſit neceſſe † quod in termino[b] quis cõtra citatum ſe preſentet vt
b neglexiſſe[c] dicatur: Reſpond. non: cum proceditur per inquiſi
c tionẽ factam ex officio, vel per denunciationem cum iudex ſedens ſemper ſit preſto. Sed cum per accuſationem proceditur, ſecus videtur ad ſimilitudinem cauſarum ciuiliũ, vt C. de iudi. l. properandum. §. j. Sed in criminalibus eſt hoc diuerſum, quia accuſatore deſiſtẽte, vel defuncto poteſt iudex procedere vt C. de abo. l. ij. ⁊ ff. de pub. iud. l. pe. in princi. Nam ſi conſtaret quod iudex vellet ibi ſupplere defectum partis ſufficeret. † Ideo quidam in partibus Italie faciunt ſibi concedi licentiã ab accuſatore vt eo abſente poſſint expedire proceſſum, ⁊ tunc conſtat quod partis ſupplet defectum. In caſu tamen huius conſtitutionis conſtat quod hoc non requiritur, cum poſſit ſine figura iudicij procedi.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Neglexit. Vide Alex. in auth. qui ſemel. in iij. queſtione in verſi. communiter. in ſi. in addi. Bar. C. de prob. ⁊ in l. queſitum in duobus locis. ff. de re iudic.
b ¶ In termino. Require in verſicu. publice. in apoſtil. que inci. preconia.
c ¶ Neglexiſſe. Vide Bar. in l. inter accuſatorem. ver ſi. quero. ff. de pub. iud. ⁊ ibi in addi. Bar. ſcripſit Bar.
1 ☞ Terminus intelligitur peremptorius quãdo proceditur ſine figura iudicij.
2 Monitio iudicis ad audiendum ſententiam dicitur peremptoria.
3 Monitio, ⁊ proteſtatio, que ſit extra iudicium, intelligitur peremptoria,

a **In termino.** Et hoc quia ſingulari nũero[a] loquitur, patet quod vnus tantũ ter
1 minus fuit aſſignatus. Ex quo † patet, quod in his, quibus poteſt procedi ſine figura iudicij terminus intelligitur peremptorius, etiam ſi non exprimatur* Facit extra de verb. ſignificatio.
2 c. ſepe. in clemen. † Itẽ ſi iudex viua voce admoneret eos, vel aliquem ad audiendum ſententiam, intelligitur peremptorie. C. quomodo ⁊ quando iud. in l. ſecunda. ⁊ ibi not. alias peremptorie dici debet, vt dixi ſupra in gl. ſuper verbo, ſuper dicto crimi
3 ne. † Item admonitiones, ⁊ proteſtationes que fiunt extra iudicium intelliguntur peremptorie, cum ſemel ſufficit fieri. l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. ij.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Singulari numero. Vide plene Iaſ. in l. fin. ff. de fer. ⁊ Fely in c. licet cauſam. de probat.
* ¶ Exprimatur. Sequitur Roma. conſil. ccccxliij. incip. quo ad primum. verſi. ex quibus ſupereſt.

**Perſonaliter.** Hoc verum in crimine, vbi eſt pena infligenda in corpus, ⁊c.

1 ☞ Procurator in criminalibus nõ admittitur etiã ſi ex forma

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſtatuti contra abſentem procedi poſſit.
2 Procurator in criminalibus admittitur quādo pena venit im-
ponenda a relegatione infra.
3 Uniuerſitas in cauſis capitalibus reſpondet per procuratorem.
Uniuerſitas accuſando proſequitur accuſationem per procura-
torem.

1 **Legitime.** Ut per eum procuratorem, vel ſyndicū, ⁊
ſic videtur hic caſus, †quod in cauſis capi
a talibus vbi poteſt ferri[a] ſententia in abſentem admittitur pro-
* curator quod tenet Dy. in l. penult. §. ad crimē. ff. de pub. iud.
per regulam poſitā in l. ſeruum quoq̃. §. publice. ff. de proc. ⁊ di-
cebat quod vbi per ſtatutum poteſt damnari abſens poteſt in-
teruenire procurator, quod non placet. Nam etiam de iure anti-
quo reperitur in caſibus quod abſens poteſt de capitali crimi-
ne damnari in caſibus ſpecialibus. C. de pen. l. ne diu. ⁊. ff. ad l.
Corn. de fic. l. lege Cornelia. verſ. ⁊ qui hoc crimine. ſecundum
vnum intellectum. Item in cauſa appellationis altero abſente
lit. non cont. poteſt deueniri ad diffinitiuā. C. de tempo. appel. l.
fin. §. illud. ⁊ tamen tunc non admittitur procurator, vt ff. an per
alium cauſe appel. l. prima. Item procurator rei debet ſatiſdare
iud. ſol niſi a dicta ſatiſdatiōe a domino fuerit releuatus, vt In-
ſti. de ſatiſda. §. ſi vero aliquis. Sed hic procurator non poteſt
ſatiſdare, nec dominus a ſatiſdāndo releuare eum poteſt. Item
qđ Dyn. dicit de ſtatuto eſt aduertendū q̃m ſtatuta Italie cō-
muniter permittunt damnari abſentem propter contumaciam
tantū. Sed ſi admitteretur procurator iam non eſſet contumax.
Non obſtat. d. §. publice. Nā vbicunque poſſet damnari abſens
de iure communi iudex debet ex officio perquirere veritatē pro
vtraque parte, vt C. quomodo ⁊ quando iud. authen. qui ſemel.
⁊ C. de appel. l. ampliorem. §. primo. ⁊ dicam ſtatim in gloſ. ſuper
ver. receptionem. merito quilibet excuſans innocentiam audi-
tur non vt procurator, ſed vt quilibet. Et hoc eſt quod dicit ibi
tex. quamuis verba, pro eo facientem, ⁊c. ex eo quod dicit quam-
uis apparet quod non requiritur quod ſi procurator. ⁊ hoc dixi
in §. ad crimen. in l. pen. ff. de publ. iud. Non obſ. hec litera, quia
2 expone †quod intelligitur eo caſu, quo pena a relegatione infra
venit imponenda, vel intelligitur legitime ſcilicet, per procura-
torem eo caſu quo venit imponenda pena a relegatione infra:
quod poteſt eſſe in his que ipſum crimen quocunque modo tan
gunt, vt ſupra dixi in glo. ſuper ver. tangat. Item ad ipſum cri-
men poteſt referri. ⁊ dic perſonaliter, id eſt quando aliqua per-
ſona citata eſt legitime ſcilicet quando proceditur contra aliquā
3 communitatem, vel corpus, vel collegium. ⁊ ſic not. †caſum qđ
etiam vniuerſitas in capitalibus reſpondet per ſyndicum, vt C.
de re mili. l. tam collatores. lib. xij. ⁊ not. per Cyn. C. qui accu. nō
poſ. l. ij. ⁊ eo modo eſt caſus quod etiam ſi per vniuerſitatem
b fieret accuſatio poſſet proſequi per ſyndicum, tamen hic loqui-
tur generaliter ex parte rei ⁊ actoris, vt dixi ſupra in fin. gl. ſuper
ver. ſuper dicto crimine. licet Dyn ⁊ Cyn. communiter dicant
contra in dict. lege ſecunda. ff. de accuſ. §. fin.

ADDITIONES.

a ¶ Poteſt ferri. Uide Bar. in l. penul. §. ad crimen. ff. de pu. iud.
in ver. ſed primo quero. ⁊ ibi in addi. meis, ⁊ Alexan. in conſ. iiij.
in vj. volum. in ij. col. viſo ſtatuto. Thom.
* ¶ Procurator. Uide Bal. cōſi. xv. lib. iij. ⁊ dicunt do. de Rot.
deciſ. dj. in nouis, ꝙ valet proceſſus geſtus cū procuratore, qui
comparuit in criminali, ⁊ nō fuit oppoſitū. ⁊ idem tenent deciſ.
cccclxxxij. ⁊ poteſt interuenire procurator in cauſa criminali, v-
bi agitur de priuatione beneficij vt ijdem decidunt deciſ. ccccxx.
b ¶ Fieret accuſatio. Uide Bart. in l. ij. §. ſi. in ſi. ff. de accuſatio. ⁊
ibi apoſt. Alexan. Thom.

a **Perinde.**[a] Non tamen per omnia, ⁊ ſic gratia contra
rietatis tollende. Non enim ſic poteſt fieri
executio in abſentem ſicut in preſentem de qua executione hic
dicitur ⁊ infra dicetur. ⁊ idem in omnibus, que in abſentem nō
cadunt ſicut in preſentem de hoc multum not. glo. ad l. Iul. pe-
cu. l. ſacrilegij. Ubi autem contrarietas nō reſultaret, perinde eſ-
ſet quo ad omnia ſcilicet quo ad tēpus, quo ad modū, ⁊ quo ad
certas qualitates ⁊ idem in certis aduerbijs ⁊ nominibus ſigni
* ficātibus ſimilitudinē, vt ff. de ali ⁊ cib. leg. l. a filio. §. teſtator.

ADDITIO.

a Tho. ¶ Perinde. Uide Alex. in l. miles. § iudicati. ff de re iu
di. ⁊ Bar. in l. j. § lex falcidia. ff. ad l. falcid. ⁊ in l. j ff. de preuari.
⁊ in l. ſacrilegij. ⁊ in l. j. §. ſi finita. ff. de dam. infec. ⁊ dixi in d. §. lex
falcid. ⁊ in d. l. j. de preuari. ⁊ ibi Alexand.
* ¶ Similitudinem. Uide Roma. late cōſil. cccxxxiij. ⁊ Cald. con-
ſi. viij. de verbor. ſig.

1 ☞ Litis conteſt. dicitur fieri in preſentia.
2 Abſens vbicunque damnari non poteſt, peruenitur ad diffini-
tiuam abſque litis conteſta.
3 Actio pro actore perpetuatur, etiāſi reus citatus eſt cōtumax.
4 Iudex debet ſcribere Principi quando poſt ſentētiam latam
apparet de innocentia accuſati.
5 Contumacia ſola de iure communi non facit quem haberi pro
confeſſo.

1 **Conteſtata.** Cōtumacia de qua dixi ſ. ex vna par
te equiparatur perſonali preſentie, ⁊
lit. conteſt. ex alia parte, nec enim ſufficeret quem eſſe preſentē,
niſi lis eſſet conteſtat. quando ordinarie proceditur, nec ſufficie-
ret lit. conteſt. niſi quis eſſet preſens. lege, abſentem. ff. de pen.
a ⁊ hoc in capitalibus. in alijs ſecus, vt no. in dict. l. abſentem. ibi
2 dixi. Et no. diligenter, ꝙ vbicūque †abſens poteſt damnari, per
uenitur ad diffinitiuam ante lit. conteſt. quia illa cōtumacia ha
3 bet vim conteſtationis, vt C. vbi in rem act. l. ij. ⁊ ſic puto †actio
nem perpetuari etiam pro actore. ſi ipſe eſſet cōtumax, ſeruatis
omnibus citationibus que ponuntur in authentic. qui ſemel. C.
quomodo ⁊ quando. iud. cum talis contumacia habeat vim con
teſt. litis pro vtraque parte, quod patet, quia pro vtraque par
te iudex examinat cauſam.

ADDITIO.

a T. D. ¶ L. abſentem. vide ibi Alex. ⁊ Io. Igne. in ſua queſt.
an Rex Francie recognoſcat Imperat. in xv. ſpeciali.

**Receptionem.** Hoc facit pro vtraq̃ parte. Nā
iudex debet perquirere veritatē
pro vtraque parte. vt in auth. qui ſemel. C. quomodo ⁊ quando
iu. ibi, perquiſita veritate. ⁊c. Poteſt etiam abſentem abſoluere.
C. de iudi. l. properandum. §. ſi autem ex geſtis. maxime in cau
4 ſis capitalibus †vbi etiam ſi poſt ſententiam appareret de inno
a centia debet iudex principi ſcribere[a]. ff. de queſt. l. j. §. ſi quis vl
5 tro. †Item ex hoc apparet quod ex ſola contumacia de iure cō
muni quis non habetur pro confeſſo, vt dixi in l. lege Cornelia.
§. fin. ff. ad ſenatuſcon. Silla.

ADDITIO.

a B. L. ¶ Scribere. Uide Bartol. in ſua queſt. incip. iudex male.
Angel. conſil. cccix.

**Publicationem.** Not. in caſibus in quibus
poteſt procedi ſine figura
iudicij requiri publicationem. Item no. in criminalibus publi-
cationem fieri. ¶ Item not. procedi ad receptionem ⁊ publica-
tionem teſtium, lite non conteſt. etiam contra eum, qui non eſt
vere contumax. quod eſt contra ea que not. Dyn. ff. de damno in
fec. l. iiij. §. toties. ⁊ ſic faciunt pro not. ⁊ his que ibi diximus.

1 ☞ Concluſio in criminalibus non fit.
2 Dilationes due dande ſunt actori, ⁊ reo tres in criminalibus
cum aliqua cauſe cognitione.

**Sequentia.** Ut reprobationes teſtium productio
nes inſtrumentorum, ⁊ allegationes.
C. de iudi. auth. iubemus. ⁊ ad interrogatiōes teſtiū pro declarā
1 dis dictis, eorū ſi que eſſent obſcura. concluſionē †autē in crimi
nalibus non puto fiendam, imo quādocunque quis ſe vellet de
fendere debet audiri. l. vnius. §. cogniturum. ff. de queſt. ⁊ arg. l.
2 j. de queſt. in ſi. Intelligo †tamē actori dandas duas dilationes
reo vero tres, cū aliqua cauſe cognitione, vt ff. de fer. l. ſi. alias
etiā dilationes dabit iudex cū maiori cauſe cognitione. Ta
men puto ſufficere ꝙ videat iudex dilationē poſtulari ex neceſſi
tate, non cauſa differende litis, ⁊ hoc modo debet intelligi. §.
cogniturum. de effectu autem publicationis dixi plene in q̃ſtione
quā feci de authent. at qui ſemel. C. de probat. ⁊c.

**Diffinitiuam.** Uides ergo caſum in quo abſen
te reo poteſt negotiū liquidari
⁊ diffinitiue pronunciari in criminalibus. Simile C. de pen. l. ne
diu. ⁊ ff. ad l. cor. de fic. l. lege Cornel. verſi. ⁊ qui hoc crimine ſecun
dū vnā lec. in capitalibus hoc erat de iure antiquo, vt ff. de pe.
l. abſentem. In ciuilibus vero quid iuris ſit abſente actore vel
reo. dic, vt C. quomodo ⁊ quando iud. authen. qui ſemel. ⁊ C. de
iudi. l. properandum. §. j. cum ſeq.

1 ☞ Citari quando debet pars tempore executionis.

a **Executionem.** Hic eſt caſus, ꝙ pars non eſt
1 iterum citanda †tempore execu
tionis, quod eſt verum ſi per ſententiam liquet executionem ſic
eſſe faciendam, vt ſi condemnatio facta ſit in rem, vel ipſa res ca
piatur, ⁊ vendatur, vel ſi eſt facta condemnatio in perſonam, vt
perſona capiatur, ⁊ puniatur: ſolum enim hoc eſt neceſſe fieri q̃
ſit illa perſona condemnata, ⁊ ideo exigitur ab eo quedam con
feſſio ſuper hoc, ⁊ proceditur ad executionem: ſecus alias, ſicut
erat cum capitur aliquis aduocatus, vt ff. de cuſt. reo. l. diuus.
verſ. ſic ⁊ diuus pius. ⁊ ibi dixi. Si autem condemnatio eſſet fa
cta in pecunia, ⁊ pro ea caperetur, ⁊ vēderetur res vna pro alia
tunc debet pars citari, q̃ in hoc certa cauſe cognitio requiritur
b vt l. a diuo. pio. §. ſi in venditione. ff. de re iu. ⁊ ibi dixi, ⁊c.[b]

Additio

ADDITIONES.

a Tho. D. C Iterum citanda. Uide Alex. in l. ſi ad diẽ. in addi.
Bart. in apoſt. mag. ff. de re mili. ⁊ Joã. Igne. in diſpu. an Rex.
Francie recognoſcat Imperato. in xvij. ſpeciali ⁊ Jaſ. in l. j. C.
de iu. ⁊ fac. ign. ⁊ Alex. in conſi. lxxij. in cauſa ⁊ lite verten. inter
Gabuelem. ⁊ Felyn. in c. ex ratione. de appel,
b C Diui. ⁊c. Et ibi vide Ale. in ver. vlti. fuit opi. Bart. hic ⁊ ibi
vide plures limitationes ad dicta per Bart. hic.
1 Aſſeſſores quibus limitatur tempus ad fiendum proceſſuz,
non poſſunt expedire, niſi prope finem termini.

**Procedatur.** Innuit quod iudex habeat neceſſe
facere hoc. In contrarium videtur
l. non quicquid. ff. de iud. ⁊ C. quomodo ⁊ quando iud. l. j. Sol.
inſtantia cauſe criminalis eſt biennium, C. vt intra cer. tem. cri.
queſtio termi. l. j. vnde non cogitur ſententiare, niſi prope finem
bienniij: vt C. de iudic. l. properandum. §. huiuſmodi. ⁊ no. C. quõ
⁊ quã. iud. l. j. Et ſic no. † pro aſſeſſoribus quibus limitatur certũ
1 tempus ad fiendum proceſſum quod non poſſunt expedire niſi
prope finem termini, ⁊ hoc vt non cogatur ſententiare ante: ea
autem lata, executionem cogitur facere ſecundum formam l. ſi
quis intra. C. de bo. dam. ⁊ etiam in perſonam ſi haberi poterit.
l. cum reis. ⁊ l. ſi vendicari. C. de pen. ⁊c.

**Legibus.** Hec eſt quarta pars in qua ponitur clau-
ſula derogatoria.

1 Clauſula non obſtantibus, eſt neceſſaria ſi refertur ad ſtatu-
ta municipalia, ⁊ procedant iura derogatoria.
2 Nominatim facere mentionẽ de lege cui derogatur, non reqrit,
ſed ſufficit quod dicatur non obſtante aliqua lege derogatoria.
3 Clauſula non obſtante quod non eſt neceſſaria quando Impe-
rator reſcribit ad vtilitatẽ publicã ſecus ſi ad vtilitatẽ priuataz.
4 Statutum ſequens non tollit precedens habens clauſulam de-
rogatoriam, niſi fiat ſpecialis mentio de primo.
5 Statutum ſequens tollit precedens non habens clauſulaz de-
rogatoriam ſi ſint contraria.
6 Clauſula non obſtante aliqua lege ſi in lege noua eſt, poteſt ta-
men per alias leges priores limitari, ⁊ diſtingui.
7 Extrauagans, Ad reprimendum. non tollit modum proceden-
di de quo in l. j. C. ſi quis Impe. maled.
8 Lex noua non limitatur, nec diſtinguitur per leges veteres ſi
in lege dicatur, non obſtante lege, que generaliter vel ſpeciali-
ter contrarium dicat.
9 Lex vnaquando eſt ſpecialis quo ad perſonas ⁊ magis gene-
ralis quo ad cauſas alias ſpecialis quo ad cauſas ⁊ generalis
quo ad perſonas, an tunc prima limitetur per ſecundam, vel ſe-
cunda per primam.
10 L. fina. C. in qui. cau. in inte. reſtit. non eſt neceſſa. limitatur per
l. properandum. C. de iudic.
11 Clauſula, non obſtante, quando tollat priuilegia.
Priuilegia extra corpus iuris poſita tolluntur per ſimplicem
clauſulam, non obſtante.
12 Priuilegia inſerta in corpore iuris quod niſi ſpecialiter tollan-
tur vel niſi per legem ſpecialem ſequentem habentem maiorẽ
ſpecialitatem.
13 Statuta vel conſuetudines quando per legem habentem clau-
ſulam, non obſtante tollantur.

a **Non obſtantibus.** [a] Clauſula hec non ob-
ſtantibus, quid impor-
b tet [b] dicẽdũ eſt. Nã † qñqz refert ad iura municipalia ciuitatis
1 quo caſu aut procedunt iura derogatoria, ⁊ eſt neceſſaria clau-
ſula non obſtantibus: vt C. de precib. impe. offer. l. quoties. ⁊ ibi
no. ⁊ C. ſi contra ius vel vti. pub. l. fi. ⁊ ibi no. ff. de conſt. princ.
2 l. j. in fi. ⁊ ibi no. Sz an neceſſe ſit quod dicat noĩatim nõ obſtã-
te tali lege, gl. in d. legibus dubitant. Sz gl. in authen. hoc inter
liberos C. de teſtam. videt tenere quod ſit neceſſe exprimi. Itẽ
no. ff. de leg. ij. l. ſi quis in principio teſtamenti. aliij quod nullo
mõ requirat: vt ff. de excu. tut. l. idẽ Ulpianus. §. j. Sz ibi tutela
eſt onus temporale, ⁊ ideo de facili poteſt remitti nec hz prece-
dentem legem derogatoriam: vt C. de precib. imper. offeren. l.
quoties. lias eſt neceſſe, quod dicatur nõ obſtãte tali lege. Sed
puto quod ſufficiat, ſi dicatur non obſtante aliqua lege dero-
gatoria, vel que hoc fieri prohibeat, ⁊ ſimilia. Hoc em̃ eſt expſſe
mentionẽ facere hoc eſt, de certa ſpecie legum: non em̃ eſt ne-
ceſſe, quod noĩetur lex, hoc em̃ eſſet nominatim. ⁊ ſingulariter
mentionem facere, ⁊ hoc non requiritur, d. l. ſi quis in principio
teſtamenti, ⁊ ibi declarauit, ⁊ hoc cum † Imperator reſcribit ad
3 priuatam vtilitatem alicuius. Sed ſi ipſe reſcriberet ad vtilita-
tem publicam, videtur contra omnem legem contrariam diſpẽ-
ſare: vt ff. de re iud. l. quidam conſulebant in fin. Ratio quia tũc
nulla precedat clauſula derogatoria. Nam l. reſcripta. ⁊ l. nec dã-
noſa. C. de preci. impe. offeren. habent in ſe clauſulam deroga-
toriam ſolum ad reſcripta ad vtilitatem partium cõceſſa, ⁊ ideo
ſi Imperator aliquid ſtatuit, ius commune corrigendo non eſt
neceſſaria illa clauſula, non obſtante aliqua lege: quia eo ipſo,
quod poſteriores condidit contrarias, priores videtur tollere,
l. non eſt nouum. ⁊ l. ſz ⁊ poſteriores. ff. de legib. extra de conſt. c.
j. lib. vj. Hic ergo iſta clauſula non fuit neceſſaria. nec eſt dubiũ,
quin poſſit tollere ius commune etiam ſi precedit aliqua clauſu-
la derogatoria. Nec obſt. C. de legibus. l. humanum. ⁊ quod ibi
4 no. Quid ergo † dices [c] in ſtatuto ſi p̃cedit aliud ſtatutũ habẽs
c clauſulam derogatoriam, an ſit neceſſe quod fiat ſpecialis men-
tio de primo? Puto, quod ſic, arg. d. l. ſi quis in prin. teſt. ⁊ dixi
in repeti. l. oẽs populi ff. de iuſt. ⁊ iur. Pro hoc facit, qꝛ quicqd
iuris ſit in principe aliqualis ratio eſt in populo. Nã facit pri-
uatus premitti illam clauſulam timens ne inſtigatu vel dece-
ptione aliquorum ad aliud inducatur, ita populus vel vniuer-
ſitas videtur timere cum equiparatur pupillo, que ratio ceſſat
5 in principe ius commune condente. † Sed ſi ſtatutum p̃cedens
non habet clauſulam derogatoriam eodem modo per ſequens
ſtatutũ cõtrarium primo primuz videtur ſublatum eadem ratio-
ne. ⁊ hec vera, ſi precedentia iura ſunt omnino contraria. Si aũt
per aliquam limitationem vel diſtinctionem adiuuari poſſunt
d [d] non tolluntur d. l. ſed ⁊ poſteriores. Nam authen. offeratur.
C. de lit. conſt. que dicit ſpecialiter ſatiſdandum reſtringitur ad
6 eum qui nõ poſſidet immobilia, vt l. ſciendũ. ff. qui ſat. cog. †. Sz
e quero ſi in lege noua eſt dictum, nõ obſtãte aliqua [e] lege, an p
hoc tollatur, ne per priores limitetur, ⁊ diſtinguatur? Reſpond.
non: ſed intelligitur non obſtante lege aliqua. ſ. contraria, q̃ non
poſſit cũ hac ſuſtineri, vt in auth. de ſucceſ. ab inteſt. circa princ.
⁊ in gl. ſuper ver. vacãtib. Pro hoc facit C. com. de ſuc. aut. itaqz.
in eo qđ ibi diſputatur, an ſit correcta lex, de emãcipatis. C. de
7 leg. her. in gl. in ver. vtroqz parẽte. Et ex hoc patet, † ꝙ modus
p̃cedendi in hac conſt. inductus non hz locum in caſu legis j. C.
ſi quis Imp. mal. Nam cum ibi ſit ſpecialiter prouiſum p hanc
f legem [f] loquentẽ generaliter de crimine leſe maieſt. ⁊ eã tãgẽ-
tibus, non videtur propter hoc ei derogatũ, d hoc facit in au-
then. hec cõſtitutio interp̃tatur priorem conſtitutio ⁊c. nã p illã
intelligitur ſublata l. fin. C. de ſac. ſanc. eccle. que generaliter lo-
quitur, non autem conſtitutio ſpecialis que eſt in authen. vt ec-
cleſia Roma. C. de ſacroſan. eccle. auth. quas actiones, licet gl.
8 in illo variat. † Sz ſi in lege noua diceretur nõ ob. aliqua lege,
que generaliter vel ſpecialiter in contrarium loquatur tunc di-
cte leges non diſtinguerent, nec limitarent legez nouam, nec ha-
beret locum l. ſed ⁊ poſteriores. ff. de legi. ⁊ videntur vera ⁊ vti-
lia. Sed cum in hac conſtitutione ſit data iudici licentia p̃ceden-
di ſine figura iudicij, quibuſdam autem in his qui in ſacris ſcri-
nijs militant eſt cõceſſum, vti in modum procedendi prerogati-
ua gauderent. vt C. lib. xij. de proxi. ſacro. ſcri. l. in ſacris. an eis in
g caſibus [g] in hac conſtitutione comprehẽſis hec priuilegia obſer-
uabuntur, videtur quod nõ ex eo ꝙ ſic dixit, cuiuſcunque ſtatus
vel dignitatis, ⁊c. ſed hoc nõ facit, qꝛ hic de ſtatu ⁊ dignitate ge-
neraliter fit mentio, ibi cuidã dignitati vel ordini ſpecialiter in-
dulgent aliqua priuilegia, ⁊ ſic illa tãquã ſpecialis magis debet
limitare hanc poſteriorẽ, vt ſ. dictũ eſt. Ecõtra, videtur, nã illa lo-
quitur in omnibus cauſis criminalibus ⁊ ciuilibus generaliter
hec ſpecialiter in crimine leſe maieſt. ⁊ in tãgẽtibus: ⁊ ſic videtur
9 ꝙ hec vt ſpecialis limitet, ⁊ reſtringat illã. Quid † dicemus: du-
biũ eſt in hoc, qꝛ prima magis ſpecialis eſt quoad quid. ſ. quo ad
perſonas: ⁊ magis generalis quo ad quid. ſ. quo ad cauſas. hec
ecõtra eſt magis generalis quo ad perſonas, ⁊ magis ſpecialis
quo cauſas. an ſecunda limitetur per primam, an prima per ſe-
cũdã, hec ambiguitas quodãmodo perplexitas eſt, cũ in neutra
iſtarũ diſpoſitionũ poſſit genus a ſpecie ſeparari ex virtute pro-
prietatis ſermonis. ⁊ ideo ad mẽtẽ legis recurrendũ eſt. Dic igi-
tur, qđ ſi ius ſingulare ſemper eſt ĩtroductũ propter aliquã vtili-
tatẽ, vt ff. de legi. l. ius ſingulare cũ ergo tã l. j. quã. ij. aliquid ſpe-
ciale, ⁊ ſingulare cõtineat, hoc eſt propter aliquaz vtilitatẽ. De-
bemus ergo illud ſpeciale cõſeruare in eo in quo euidẽtior ⁊ ma-
h ior vtilitas [h] reperitur, iſta enim eſt benignior interpretatio. vt
ff. de legib. l. benignius. ⁊ qꝛ cauſa magis priuilegiata prefertur
vt no. C. de priui. do. l. j. ⁊ ff. de priui. cre. l. priulegia. Cũ in propo-
ſito cũ ſpecialitas huius cõſtitutionis ſit p̃pter vtilitatẽ vrgẽtiſ-
ſimã, vt ſ. in prin. huius legis, dico hãc legẽ reſtringere illã, l. in ſa-
cris. que in priuilegiũ perſonale ⁊ dignitatis eſt introducta. Et
10 etiã in fauorẽ minorũ videmus, † qđ lex inducta eſt vt cõtra eos
nulla currat preſcriptio, vt l. fi. C. in qui. cau. in inte. reſt. q̃ eſt ne-
ceſ. ⁊ hec prouiſio eſt generalis quo ad cauſas, ⁊ ſpecialis quo ad
perſonas minor. Eſt ⁊ alia cõſtitutio, que limitat tẽpus iſtãtie
i ⁊ hoc fauore publice vtilitatis [i] ne lites fierẽt immortales l. pro-
perãdũ. C. de iud. ⁊ hec generalis quo ad perſonas omnes litigã-
tium ⁊ ſpecialis quo ad cauſas. ſ. quo ad preſcriptionẽ inſtãtie, ⁊

per hãc l.properãdũ lꝫ ſit antiquior in tꝑib.inſtãtie de iure an-
tiquo limitatur illa l.ſi.lꝫ ſit poſterior,vt no.in l.j.C.ſi aduer.rem
iud. Sꝫ ſi lex antiqua haberet cauſam ſpecialiter maiorem ⁊ fa
uorabiliorem tunc limitaretur lex noua eadem ratione. Si ve-
ro non eſſet rõ ſpecialitatis fauorabilior vnã-quã altera tũc pu-
11 tarẽ legẽ nouã ꝑualere.iſta ſepe occurrũt in iſta ciuitate.† Secũ
do vero caſu principali qñ hec clauſula refertur ad priuilegia,
ſciendũ eſt,ꝙ ſi qua lex ſimpliciter emanat non videt̃ tolli ꝑ eaꝫ
aliquod priuilegium alteri conceſſum,vt in ij.conſtitutione Co-
di.§.ſi que vero.⁊ intelligo priuilegiũ,qð fauorẽ alicuius conti-
net:ſecus,ſi Imperator ad aliquã ſingularẽ rõnem reſpicit ſpe-
cialiter,ita ꝙ faceret iure cõi:vt C.de legib.l.ij.tunc per illam l.
contrariam videret̃ tolli:vt in d.conſt.ij.§.ſi que vero.ibi,ſi vero
pro certis capitulis.Si vero in lege dicitur non obſ. priuilegijs.
k intelligitur in corpore iuris nõ incluſis[k].Nã illud,quod in cor-
pore iuris,claudit̃ per hoc tolli non videtur,vt C. vbi de cri.agi
opor.auth.qua in prouincia.⁊ ibi no.⁊ ff.de iud.l.heres abſens.
in prin.⁊ ibi no.⁊ ſic no.de priuilegijs extra corpus iuris poſitis
ſufficere clauſulã derogatoriã ſeu reuocatoriã generalẽ:facit ex-
12 tra de ſepul.c.fin.in cle.† No etiã priuilegia in corpore iuris iſer-
ta nõ reuocari,niſi ſpãliter diceret̃ ad illa trahi, vel niſi eſſet ali-
qua lex ſpãlis ſeq̃ns que haberet magis fauorabilẽ rõnem ſpe-
cialitatis,vt dictũ eſt. Et eadeꝫ rõ eſt in priuilegio vni conceſſo
per principem ſi alia priuilegia ſuſpenderentur. ⁊ eodem modo
intelligas in inferiore a principe q ꝑ aliã diſpoſitionẽ vult tolle
13 re priuilegia a ſe cõceſſa alteri.† Tertio caſu qñ hec clauſula re-
fertur ad ſtatutũ,vel conſuetudinẽ tũc ſi de hoc ĩ lege noua vel
priuilegio nil diceret̃ non videt̃ reuocat̃.qꝛ legiſlator pñt ea ꝓ-
babiliter ignorare:vt extra de cõſt.c.j.lꝫ in contrarium facit.ff.
de ſepul.vio.l.iij.§.diuus.De quo dic vt ibi tangitur. C.de te-
ſtam.l.j.⁊ hoc prout loquimur de legiſlatore vniuerſali. Nã le-
giſlator particularis ſtatuta ⁊ cõſuetudines ſuas ita debet ſcire
l ſicut legiſlator vniuerſalis legẽ vniuerſalẽ[l]. Si vero in lege,vel
priuilegio,de predictis ſtatutis, vel cõſuetudinibus ſit mentio,
ponẽdo clauſulã ꝙ illa nõ obſtẽt,tũc illa ſublata,quatenus alte
ri legi cõtradicũt ẽt ſi nõ ſiat de his ſpãlis mẽtio.auth. caſſa.C.
de ſac.ſanc.eccle.⁊ de fur.auth.nauigia.⁊ C.cõmu.de ſucceſ. au-
then.oẽs peregrini.⁊ ſic in preſenti cõſtitutione,qua dr̃ legibus
vel conſuetudinibus non obſtantibus quibuſcunq̃. expone le-
gibus,q̃ cũ hac lege ſuſtineri non poſſunt:⁊ cũ dicit conſuetudi-
nibus quibuſcunque.dic ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter ſint ap-
probate.Nã ꝑ illas hec lex nullam limitationẽ recipit. De hac
clauſula,nõ obſtã.⁊c.multa dicit Io.And.extra de conceſſ. pre-
ben.c.j.lib.vj.ꝑ iura canonica que ipſe alleg.que videre potes,ſi
expedit:in difficultates tamen predictas non intrat.

ADDITIONES.

a B.L.¶ Nõ obſtã.Vide de hac clauſula Cal.cõſi.j.de reſcrip.⁊
cõſi.j.⁊ xj.de priui.Io.de Ana.conſi.lxxxj.⁊ cxiij.Pau.de Caſt.
in conſil.lv.⁊ ſeq.⁊ ccxxx.⁊ cccxv.⁊ cccclxiiij.Fed.conſil.ccxxiij.ꝑ
Alex.cõſi.cj.⁊ ibi qs vti pñt ꝑdicta clauſula.Ang.cõſi. cxxxvij.
Bal.conſi.cccxiij.⁊ cccxxiij.iij.lib.⁊ conſi.xv.⁊ ccccxiiij.ij.lib.
b Th.D.¶ Quid importet.Vide addi.Fran.de Albe.quam po-
nit Bap.Se.in l.oẽs populi.ff.de iuſt.⁊ iur. ⁊ vide plene Ale.
in cõſi.cxxij.iiij.vo.viſo ꝓceſſu.⁊ in cõſi.xcij.incip.ꝓſpectis.in vj.
vol.⁊ de clauſula nõ obſtã.vide plene ꝑ Fede.in c.nõnulli.extra
de reſcri.vbi examinat hãc materiã ⁊ in c.accedẽs de preſcri.per
Iaſ.in l ſi.C.ſi contra ius vel vtil.pu.⁊ in l.actione.de trãſ. ⁊ in l.
ſed ⁊ ſi quis §.queſitum.ff.ſi quis cau.⁊ Do.de ſan.Gem. in c.ſi
propter tua.de reſcri.lib.vj.⁊ de clauſula nõ obſtã.colla. alteri fa
cta,vide Felyn.in c.cauſam que de reſcri.⁊ Alex.in l.ex facto. ff.
de vulg.⁊ pup.vbi ponit,ꝑ clauſulam non obſtã. princeps ſub-
dit̃ plenaria ꝑtãte.⁊ idem in l.iij.§.ſi is pro quo.ff.ꝙ quiſq̃ iur.
c ¶ Quid ergo dices.Vide plene de hoc dicto Bart.per Bapt.
Seue.in repe l.omnes populi.ff.de iuſt.⁊ iur.in ver.circa ſecun-
dum ⁊ in d l.omnes populi.in addi.Bar.apo.in verſi.gaudeat.
⁊ in ver.ad contraria.Tho.
d ¶ Adiuuari poſſunt.No quod contrarietas in ſtatutis euitan-
da eſt que debet interpretari vnũ per aliud,ne reſultet contradi
ctio,ſecundum Bar.hic.⁊ adde eundem Bar.in l.omnes popu
li.vi.q.prin.ff de iuſt.⁊ iu.l.ſanctio.in verb.circa hoc quero.ff.de
pen.⁊ Bal.in l.executorem.C.de execu.rei iud.⁊ in l. pen.in fin.
C.per quas perſo.nob.acquir. Tho.
e ¶ Aliqua.Vide plene per Bapt. Seue.in l.omnes popul.de
iuſt.⁊ iur.vbi ponit plures concordan.ad dicta Barto.hic.
f ¶ Per hanc l. Not.quod Barto. hic vult quod lex generaliter
loquens nunquam intelligitur derogari in caſu in quo eſt ali-
quid ſpeciale ſtatutum.adde Bart.⁊ doct.in l.ſciendũ. in princ.
ff.qui ſatiſ.cog. per Iaſ.in l poſtquam.C.de pac.⁊ vide Phil.
Franc.in c.vt debitus.de appel.
g ¶ Certis in caſibus.Vide Io.Igne.in ſua diſpu. an Frãcie Rex
recognoſcat Imp.in xij.ſpeciali.
b ¶ Eſt maior vtilitas.Vide multas concor.ad dictum Bar.hic
per Pe.de Anch.in c.canonum ſtatuta.de conſti.⁊ Alex.plene
in conſi.lxv.vij.vo.incip.in cauſa ⁊ lite vertente.
i ¶ Fauore publice vtilitatis.Vide Fely.in c.nonnulli.in v. vij.
fallit.de reſcri.vbi vult,ꝙ qñ reſcriptum emanauit fauore Rei-
publi.quod licet ſit contra ius non tamen requiritur illa clauſu
la:nõ obſt.⁊ alle.Bar.hic,⁊ ibi vide plura quid operatur,fauor
Reip.⁊ vide Bar.in l.hoc modo.⁊ ibi apoſt.meam.ff. de condi.
⁊ demon.⁊ Lud.Ro.in conſil.ccx.in c.in caſu propoſite conſul-
tationis,vbi exponit multa que fauore Reipub. conceduntur
que alias non concederentur.
k ¶ Iuris non incluſis.Vide Alexan.in l.miles.in ſi.princip.ff.
de re iud.
l ¶ Legem vniuerſalem.Vide Iaſ.in l.ſi.C.fami.erciſ.

**Hanc autem.** Hec eſt quinta pars in qua poni-
tur ad quos caſus extendatur hec
conſtitutio.

**Ad preterita.** Hoc non erat neceſſe dicere,quia
cum tota iſta lex litis ordinationẽ
reſpiciat,ſine dubio porrigitur ad lites futuras,licet ſuper facto
preterito.l.ij.§.pe.C.de iura.calum.⁊ hunc paſſum plene exami-
naui in repeti.l.omnes populi.de iuſti. ⁊ iu. in illa q.a quo tem-
pore ſtatuta ligent,dic vt ibi dixi.

**Quam.** Hec eſt ſexta pars in qua ponitur a quo tem-
pore[a] conſtitutio ſumat vigorem ⁊c.

a **Et nunc** Si hoc non fuiſſet dictũ poſt duos mẽſes,
hec cõſtit.ſumeret effectum,vt in auth.vt fa-
cte no.conſtitutiones.de quo plene in proemio cle.circa ſi.⁊ ego
b plene dixi etiam de ſtatutis in d.l.omnes populi.[b] in d.q.a quo
tempore,⁊c.dic,vt ibi dixi.

ADDITIONES.

a B.Lan.¶ Menſes.An conſtitutio habens clauſulam decreti
annexam liget ignorantes ante lapſum duorum menſium a tem
pore publicationis,vide Ro.in pulchra opi.conſi.ccccxx.
b Th.D. ¶ In d.l. omnes populi.Vide per do.Io.Bapt.de
ſan.Seuer.in d.l.omnes populi.vbi ponit plures concordan.

¶ Explicit conſtitutio inclyti Imperatoris Henrici,gloſſata
per Bart.de Saxoferrato legum doct.⁊ ciuem Peruſinum.

a ¶ Qui ſint rebelles.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a Tho.D.¶ Qui ſint rebelles.Ad dicta Bar.hic ſcripſi in apo.
do.Andr.Barb.ſecundum Felyn.in c.Rodulphus.de reſcript.
quas nõ vidi,vide etiam,que ſcripſi ſupra in extrauag.ad repri.
in princip.

¶ Hec rub.eſt magiſtraliter poſita,qꝛ ſupra dixi de modo pro-
cedendi vt imponatur pena per ſentẽtiam,his,qui ſint rebelles
quibus imponitur pena ipſo iure.

¶ Idem Imp.ad perpetuam rei memoriam.

**Quoniam** nuper eſt ad auditum no-
ſtrũ deductuꝫ, ꝙ inter-
nullos ſideles,⁊ ſubditos nr̃os ꝓuincie Lom-
bardie, aliorumq̃ locoꝝ Italie diſceptões,
⁊ dubia ſepius oriuntur an fidelis , ⁊ rebellis
Imperij quiſquaꝫ reputari debeat, niſi prius
per noſtre maieſtatis ſententiaꝫ condemnatus appareat,⁊ nos
attendentes quod acta praua malorum potius, quam verba ſen
tentiarum ipſos faciunt pena condignos: ⁊ eo ipſo quod quis
peccat,correctionem meretur, ⁊ quanto plus differtur punitio,
tanto amplius culpa creſcit: ⁊ gentibus pernicioſius in exem-
plum tranſit.Tenore preſentium declamus,decernimus,⁊ pro-
nunciamus quod illi omnes, ⁊ ſinguli ſunt rebelles ⁊ infideles
noſtri imperij:qui quocunque publice, vel occulte contra nr̃m
honorem, ⁊ fidelitatem rebellionis opera faciunt in noſtri im-
perij proſperitatem aliquid machinantur contra nos,ſiue offi-
ciales noſtros in ijs,que ad commiſſum eis officium pertinent,
rebellando. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam
declarationis ⁊ pronunciationis infringere,vel auſu temerario
contra ire.Si quis autem hoc attentare preſumpſerit indigna-
tionem noſtram ⁊ penam mille librarum noſtre camere ſoluen-
darum ſe nouerit incurſurum. Dat. Piſis iiij.No. April,regni
noſtri ann.v.Mcccxij.

**Quoniam.** Primo ponit dubium.Secun-
do rõnes que mouent principẽ
ad deciſionem.Tertio deciſionẽ.Quarto ponit im-
pugnatores conſtitutionis partes patent,⁊c.

Negatio